16 dente. ¶ Quita cōclusio. Non recte soluerūt aliqui Parmenidis rationē illud vnū esse impartibile continuū volētis probare. Argumētabatur eñ sic Parmenides. Si illđ vnum diuidi potest illud ꝓprie vnū non erit. Nam ei⁹ sectio in infinitum abibit. non est igit̄ illud vnum partibile. ¶ Soluebat Xenocrates dicens illud eē ex imꝑtibilibus lineis. Et ne concederet vnū quodāmodo esse multa (credebat enim illa esse repugnantia) dicebat quālibet impartibilium linearū esse illud vnum. Et idem esse magnitudinem ⁊ non magnitudineȝ/diuisibile et non diuisibile: in parem errorem Parmenidis relabens. Nam incōueniēs nō est (vt diximꝰ) vnuȝ esse quodāmodo multa. vt vnum actu multa potentia. Incōueniens tamen est idē esse magnitudo et nō magnitudo: partibile et non esse partibile. ¶ Sex
17 ta. ratio Melissi et viciose concludit: et falsum assumit. ¶ Arguit enim sic. Si aliquid est factum ipsum habet ꝓncipium. igitur si non est aliquid factum: ipsum non habet principium: hic autem viciose concludit. Nam ex destructo antecedente intendit perimere consequens. Ei cum dicit: si aliquid est factum ipsum habȝ principium: cū pricipiū equiuocū sit: Si itelligit ipsuȝ habere pricipiū tpis hoc nō oportet vt momētanea. Si aūt itelligit ipm habere

principiu ꝫ magnitudinis: neqꝫ hoc oportet. Sunt eñ alte rationes ⁊ impartibilia que pricipiũ magnitudinis nõ habent. Et rursuꝫ cũ dicit. Si nõ ē aliqͩ factũ/non habꝫ pricipiũ. Si intelligit ipm non hr̄e pn̄cipium temporis: esto. Si vero intelligat ipm non habere principiũ magnitudis hoc non oportet. Nam et celum et sol ⁊ astra pricipiũ sue magnitudinis hn̄t. Et cũ vltra arguit. Quod nõ habꝫ pn̄cipium nõ habet finem. Si intelligit qđ non habꝫ pn̄cipiũ temporis nõ habet finē temporis: esto. Si vero intelligit id non habere finē magnitudinis hoc nõ oportet qđ tñ intendit et ex quo seqretur ipm esse infinitũ. Cũ vlteriꝰ arguit. Quod est infinitũ non habꝫ locũ. igit̃ est imobl'e. hoc non oportet. Nã nichil ꝓhibet ptes in ipo moueri/⁊ ipsuꝫ alterari. Non eñ vt alterabile sit reqritur locus. Dicebãt Melissium sequẽtes: illud vnũ esse vnũ specie. Sꝫ qͦmodo homo ⁊ equs et q̄ adiuicē sunt cõtraria eađ spe sunt: hec sane p seipsa falsa esse deprehenduntur.

Tertii cap. note.

¶ Segregatio/extractio. Congregatio/cõfusa cõmixtio. Et est cõfusa: cũ res amplius non appareãt. Ab iis q̄ sũt actu magnitudinis et paruitatis determĩatio sumitur.

t Ertium cap cõtinet sex opiniones antiquorum. duas Anaxagore rões. 5. ꝯclusiones Anaxagorã reprobãdo. 2. roẽs ad scđãꝫ ⁊ 4. ad terciã. ¶ Sex naturaliter loquentiũ opiniões. ¶ Prima est ponentiũ ignem oĩm materiale pn̄cipiũ: et ꝯ̄ria raritatē et densitatē formalia. 18 ¶ Secunda est ponentiuꝫ aerem oĩm materiale principiũ: ⁊ ꝯ̄ria supabundantiã et defectũ eē pn̄cipia formalia. 19 ¶ Tertia est Anaximãdri ponentis vnuꝫ corpus igne densius aere vero rarius: omniũ rex esse materiaꝫ: et ꝯ̄ria illi infinito corpori inserta eē rerũ formas. 20 ¶ Quarta est Platonis magnũ et paruũ cõtraria duo pricipia rerum naturaliũ ponent̃: ⁊ vnã formã et efficientē ideã. 21 Et in hoc Plato ab aliis differt: quia alii vnã ponũt materiam: Plato autē plures. Alii ꝯ̄ria ponunt formas: Plato materias. ¶ Quita est Empedoclis quatuor elemēta rex omniũ materias esse ponẽtis: ⁊ ꝯ̄ria imixta: formas. ⁊ duo effectiua litem ⁊ amicitiaꝫ: et res in seiuicem esse cõmixtas: et mundũ sepius generari et sepius corrũpi. 22 ¶ Sexta 23

est Anaxagore infinitas similiares atomos rerum materi-
as ponentis: et cōtraria īmixtas formas. et vnū efficiēs di
uinū intellectum. Et omnes res in omnibus esse adinuicē
cōmixtas et confusas: et eas generari per segregationem.
Dicit em̄ intellectū diuinum eas segregare ꝛ eas facere ap
parere: q̄ latebant. et eas corrūpi per congregationē. et mū
dum dicit semper generari et nūq̄ corrumpi. ¶ Et differt
Anaxagoras ab Empedocle. ¶ Primo q̄a Empedocles
ponit tantū quatuor elementa rerum materias. Anaxago-
ras vero infinitas ponit rerum materias. ¶ Scd̄o Empe-
docles ponit duo effectiua: Anaxagoras autē vnū. ¶ Ter-
tio Empedocles ponit mundū sepius generari ꝛ sepi⁹ cor
rumpi: Anaxagoras autē mundū ponit semper generari et
nūq̄ corrumpi. In ceteris conueniūt. ¶ Due ratōes Ana-
xagore. ¶ Prima/ quia videmus ex contrariis cōtraria fie
ri. At impossibile est contrariū in suū contrariū abire. sunt
igit contraria ī cōtrariis ꝛ omnia in oībus. ¶ Scd̄a omne
quod fit aut fit ex ente/ aut ex non ente: non autē fit ex nō
ente. Nam ex nichilo nichil fit. Fiet igit ex ente. Et cū vide
amus ex quolibet quodlibet fieri: erunt oīa in oībus ꝛ q̄dli
bet in quolibet. He sunt due Anaxagore rationes ꝓpt̄ q̄s
credebat quālibet rem esse in qualibet: et rerū generationē
nichil aliud esse q̄ rerū a confusa ꝯmixtione segregationē/
et apparētiā. Et cū iterrogabat/ cum omnia sint in omib⁹
quomodo igit illa non vident: Respondebat ea non vide-
ri ꝓpter nimiā eoꝝ paruitatem. Et cum iterū/ Cur potius
dicendū sit id os/ id caro/ id sanguis cum omia sint ī omi-
bus: Dicebat quādo plus esset de osse dicebat os: ꝛ quādo
superabundabat caro dicebat caro: et quādo sanguis id di
cebat sanguis. nichil tamen ē purū aut os/ aut caro/ aut sā-
24 guis/ aut alioꝝ quitq̄. ¶ Prima ꝯclusio. Inconuenienter
Anaxagoras infinita rerum nataliū assignauit principia.
¶ Patē quia tollebat reꝝ natalium sciam: infinitum enim ꝛ
magnitudine ꝛ multitudine q̄tum sit notū esse nō potest. si
igitur rerum naturaliū infinita essent p̄ncipia ip̄e essent i-
gnote. Nā composita cognoscim⁹ qn̄ ex quibus et quot cō
posita sint: cognoscim⁹. non igit conuenienter Anaxagoras
25 rerum natalium infinita assignauit pricipia. ¶ Scd̄a ꝯclu-
sio. non oīa cōmixta sunt in oībus. ¶ Primo quia impossi-

bile est animal aut plantã sub q̃tulacunq; esse magnitudie aut sub q̃tulacũq; eẽ paruitate. Sed determiate sunt quã-titatis et toci⁹ magnitudo ex partiũ magnitudine resultat. (voco eñ partes que a seinuicẽ et a toto separari possunt) Impossibile est igit oĩa in oĩbus esse cõmixta: quomodo ei et homo in milio et equs/ et planta? ⁊ que et q̃ta eius caro esse possit infinitis aliis rebus distracta? ⁊ quod os ⁊ qui nerui et qui arboris fructus? ¶ Secundo si ex finita aqua determinate q̃titatis carnem segreges et iterũ tantu; hoc totiẽs facere poteris vt tãdẽ nichil carnis residuũ sit. Nã omne finitũ p determinate q̃titatis ablationẽ tandẽ consumitur. quo facto reliquit non oĩa mixta eẽ i oĩbus. ¶ Tercia nõ quodlibet segregabile est a quolibet. ¶ Primo quia caro magnitudine et puitate determiata est. q̃uis eñ carnis in eo q̃ corpus est infinitã sectionem intelligas in eo tñ q̃ caro esse nõ potest: s; tandem ex sectione desineret eẽ caro. ex mĩma igit carne non est segregabile aliqđ corpus. nã cũ omne corp⁹ ex corporis substractiõe fiat mĩm⁹: eẽt caro mĩma carne minor quod est impossibile. nõ igit q̃libet a q̃libet est segregabile. ¶ Scđo quia si quodlibet semp esset a quolibet segregabile in aliquo finito eẽt infinita caro ⁊ infinitum os: nã per substractione; determinate carnis nõq̃ cõsumeret neq; os: imo et quodlibet q̃tulũcũq; paruũ esset cõtineret infinita. At impossibile est infinitũ finito contineri. igit non quodlibet segregabile est a q̃libet. ¶ Tertio quia accidẽtia habit⁹ et colores a substãtia subiecta nõ sũt segregabilia nõ igit quodlibet a q̃libet est segregabile. ponit eñ Anaxagoras ⁊ substãtias et accidentia simĩ mixta. ¶ Quarto quia incõueniẽs est Anaxagorã dicere sapientissimã mentẽ conari oĩa segregare. et (quia infinita sint) non posse: ⁊ id eã latere: non autẽ latere Anaxagorã. non igitur quodlibet eẽ in quolibet et quodlibet semper esse segregabile a quolibet contra sapientissimã dei puidentiam attestari debet Anaxagoras ¶ Quarta non omne quod fit ex specie simĩlaribus fit partbus vt vult Anaxagoras. ¶ Nam lutum non fit ex lutulis sed terra et aqua. et lateres nõ ex lateribus sed luto/et domus non ex domibus sed laterib⁹ et lignis. et aer ex aqua: ⁊ aqua ex aere: vt sepius videmus. ¶ Quita minus errauit Empedocles finita ponẽs rex na- 28

I P

turalium principia ipo Anaxagora. Nam rerum naturaliū posse esse sciam nō auferebat: neqꝫ pleraqꝫ eū incōmoda sequntur: que sequuntur Anaxagoram.

Primi cap. tertii tractatus note.

¶ Prima. quib⁹ non sunt intriseca priora principia. ¶ Aliqua fieri ex alterutris est vnū ex altero sua quidem substantia fieri. ¶ Substantia/essentia.

Ertius tractatus continet tria cap. ¶ Primum cap. cōtinet vnā ꝯclusionē et duas ratōes ad eā. ¶ Cōclusio. rerum naturaliū principia sunt cōtraria.

t 29 ¶ Primo quia ꝯcorditer dixerūt hoc oēs physici qui tantum vnū posuerunt. vt Parmenides et melissus calidū et frigidū (que ignem ꝛ terram vocabant) principia posuerunt. qui plura et finita vt Plato et Empedocles magnum / et paruum/par et impar: congregationē/et segregationem/litem/et amicitiā/raritatem et densitatem. Qui infinita dixerunt rerū naturaliuꝫ esse principia similiter. vt Democrit⁹ plenū/ꝛ vacuū/sitū/ordinē ꝛ figurā: q̄ ponebat habere ꝯria vt sitū sursum/sitū deorsuꝫ/sitū anteriorē: ꝛ posteriorē: sitū dextrū/et sinistrum: figurā rectilineā/figuram circularem. Et hoc omnes antiqui dixerunt: nō tam ratione q̄ꝫ veritate coacti. ¶ Differūt tamen qꝛ hi posuerūt posteriora ꝛ pticularia vt calidū et frigidū ꝯria pncipia sēsuꝫ sequētes: Alii vero priora et vniuersalia vt magnū/paruum/par/ipar/cōgregationē/segregationē/litem/amicitiam/ raritatē et dēsitateꝫ sequētes rationē. Nā singulare scd̄ꝫ sensuꝫ notū est/vniuersale autē scd̄ꝫ rationē. Est eñ sensus pticulariuꝫ/ratio auteꝫ vniuersaliū. ¶ Scd̄o. Quia ea rex naturaliū assignāda sunt pncipia q̄ non fiūt ex aliis: neqꝫ fiūt ex alterutris: sed oīa alia fiūt ex ipis. pma autē ꝯria nō fiūt ex aliis neqꝫ ex alterutris: sed oīa alia fiūt ex ipis. Nā cū sint pma non fiūt ex aliis: et cū sint contraria nō fiunt ex alterutris. Nam cōtrariū in sui ꝯrii substātiam nōq̄ꝫ trāsire potest. Q[uod] autē oīa fiant ex ꝯriis patet / quia res natales oēs p generationē fiūt: q̄ est de ꝯrio in cōtrariū. Nā nō quodlibet agere in qd̄libet: neqꝫ qd̄libet pati a quolibet natū est: sꝫ determinatū a determiato ꝛ ꝯtrariū a ꝯrio. vt albū nō fit ex q̄libꝫ: nō eñ fit ex musico nisi scd̄ꝫ accidens: sed fit ex nigro aut colorato medio. et musicū nō ex quolibet nō musico: sed ex

immusico. et domus ordinatio non fit ex q̄libet iordinatōe
sed ex inordinatione domus. Similiter album non corrum
pitur in quodlibet:sed in nigrū aut medium. Neqꝫ musicū
corrumpit̃ in quodlibet:sed in īmusicū.⁊ domus ordinatio
non corrumpit̃ in quodlibꝫ:sed in domus inordinationem.
¶ Attamen ex q̇bus ꝯ̄riis res fiant et in q̄ contraria corrū
pantur:nos plerūqꝫ latet.quia hꝰmōi ꝯtrarioꝝ non sint no
mina imposita.generalia tamen oībus compositis ꝯuenien
ter possumus dicere:cōueniētia/iconuenientia/ordinatio/i=
ordinatio.specialia tamen non sunt vsitata:sed ex coībꝰ cir
cūloqui poterimꝰ. Nā omne conueniēs ex incōueniēte fit:
et in inconueniēs corrūpitur.vt conueniētia hominis ex in
conuenientia fit non q̄libet:sed ex homīs inconueniētia: et
corrūpitur non in quālibet inconuenientiā : sed in hoīs in=
conuenientiā.Et ita in ceteris est dicendū:vbi noīa desūt.

¶ Secundi cap.note.

¶ Genus/genus trāsmutationis. ¶ Contrarietas/duo ad
inuicē contraria.¶ Generis substātie contraria/trāsmuta=
tionis substātialis contraria.¶ Trāsmutationes substātia=
les/generatio/corruptio. ¶ Contraria priora/substātialia.
¶ Posteriora/accidentalia . ¶ Per se/non in alio. ¶ In:
vtroqꝫ quiti modo.¶ Prime instantie solutio. Contrario
rum principioꝝ subiectū est ṗncipiuꝫ subiectiuū: non essen
tiale et constitutiuum.

Ecundum cap.continet quatuor conclusiones.4.
ſ rationes ad secundā.duas instātias ad terciā. du=
as rationes ad quartā.¶ Prima ꝯclusio. Non tā= 30
tum est vnum rerū naturaliū principium.¶ Patet quia re
rum naturaliū pricipia sunt contraria. igit̃ non tātum vnū
est.Nam nichil sibiipi contrariū est.¶ Scda ꝯclusio.Non 31
sunt reruꝫ naturaliū infinita contraria pricipia. ¶ Primo
quia rerū natalium tolleret̃ scientia . ¶ Scdo quia in vno
quoqꝫ genere est vna ṗma ꝯ̄rietas. contrarietas autē duo=
bus extremis clauditur. Igit̃ in vnoquoqꝫ genere contra
ria sunt finita.Rerum autē naturalium ꝯ̄ria pricipiavnius
sunt generis.Est em̄ substātia genus quoddā. igit̃ ipa sunt
finita.¶ Tertio melius ex finitis ṗncipiis reꝝ naturalium
generationes/corruptiones/ ⁊ ceteras trāsmutationes sal=
uamus:ꝙ̄ ex infinitis.vt Empedoclesmeliꝰ ipsa saluabat:

ipso Anaxagora. igitur potius ponenda sunt finita q̄ infinita. ¶ Quarto cōtrarioꝝ q̄dam sunt priora et quedā posteriora. igit̄ non sunt infinita. Nā in īfinitis neq3 priora neq3
32 posteriora inueniūtur. ¶ Tercia ꝯclusio. Preter duo contraria ꝑncipia: ponēdum est terciū principiū eoꝝ subiectū. ¶ Nā sicut contrariū suū3 ꝯriū non efficit. vt caliditas nō efficit frigiditatē/neq3 lis amicitiā/neq3 raritas densitatē: ita idem cōstituere nequeunt. et nulla cōtraria per se subsistunt. vt caliditas/frigiditas/raritas/densitas. et ita de singulis. est igit̄ ponendū tercium ꝑncipium: quod modo cum vno vnā rem cōstituat nat̄alem: ꝛ modo cū altero alteram: et qđ eorū ꝯriorum vicissim fit subiectū. ¶ Prima instātia. Si ꝑncipia cōtraria essent in subiecto: principioꝝ esset principiū. Nam subiectū prius et principiū esse videt̄ eoꝝ que ī ipso sunt. hoc autem incōueniens videt̄. ¶ Secūda. Substantie nichil est contrarium. igit̄ rerū naturaliu3 (que substātie sunt) principia nō sunt contraria. ¶ Respōdet Aristoteles. Si ratio ꝓbans rerū naturaliu3 principia eē ꝯria vera est: illa ꝯria esse substātias: alioq̄n res nat̄ales nō ꝯstituerent. Nā ex non substātiis nō fit substātia. neq3 quod pri⁹ est nō substātia: postea vnq̄ est substātia. Et illoꝝ ꝯriorū est aliud ꝑncipiū subiectiuū: qđ vicissim eis subiectū ē: et cū ipis res constituit nat̄ales. Et antiqui fere oēs vnā cōem substātia3 posuerūt cū ꝯriis: ex q̄bus oīa fierēt. quidā eam posuerunt ignē: alii aerem/alii aquā/alii substantia3 mediā. Cōtraria vero quidā calidum et frigidū/alii magnu3 ꝛ paruū/alii cōgregationem/segregationē/litem/amicitiā/raritatē/ꝛ densitatē: et duo posuerūt agētia ꝛ vnū patiēs. Plato autē3 posuit duo patientia magnū et paruū: ꝛ ideam vnū principiū agens. ¶ Et vetustissima fuit opinio: rerū naturaliū tria esse principia: subiectū/supabundantia ꝛ defectus. ¶ 4. ꝯclu
33 sio. Trāsmutatōis rei nat̄al: tria ꝑncipia sufficiūt. ¶ Prio q2 vnū subiectū sufficit ad patiendū: et duo ꝯria ad agēdū. Si eīn duo fuerit subiecta: due erūt ꝯrietates. (cuius lib3 eiꝰ subiecti trāsmutatōis est vna ꝯrietas) Et sic diuerse generabunt̄ res nat̄ales. Si autē sint due ꝯrietates et subiectu3 vnū: cū vnum ꝯriū sufficiat suū corrūpere cōtrariū: ꝛ rei naturalis facere trāsmutationem: (Nam quidq̄d h3 cōtrariū ab eo corrūpi natū est) altera contrarietas erit ociosa. Non

autem ponenda est pluralitas ociosa. Sufficiũt igitur trãs mutatõis rei naťalis tria ꝑncipia. ¶ Scđo vniuscuiusqꝫ generis est vna cõtrarietas: q̃ cũ subiecto trãsmutationis est sufficiens. Substãtia autẽ quoddã genus est. igiť substãtie est vna cõtrarietas que cũ subiecto trãsmutatõis substãtialis est sufficiẽs. trãsmutationis igiť rei naturalis (est em̃ ea substãtialis trãsmutatio) tria sufficiunt ꝑncipia: duo scilicꝫ cõtraria et subiectum vnũ. ¶ Et differũt illa scđꝫ prius et posterius et non genere. Nã subiectũ ꝯtrñs prius est: ꝛ vnũ cõtrarioꝝ prius inest et alterũ posterius: et oẽs alie ꝯtrarietates in hanc primã et substãtialẽ reduci vidẽtur ꝯtrietatẽ.

Tertii cap. note

¶ Modus exprimẽdi est simplex quãdo extrema sunt incõplexa. ¶ Cõpositus quãdo alterum complexũ est. ¶ Priuatio primo est forme in subiecto nato carentia. ¶ Est em̃ carẽtia forme in subiecto nato subiectũ forma (quã natũ est habere) carens. ¶ Scđo est forma: qua (adueniente altera) materia priuatur. ¶ Unũ numero/vnũ essentia. ¶ Sub alteratione generatio/corruptio/et alii motus ꝯprehendũtur ¶ Dignitas. Que eađ ratione dicũtur si vnũ cõuenit et alterũ conuenire necesse est. ¶ Principia ꝑ se sunt q̃ remanẽtia rei naťalis cõstituũt essentiã. ¶ Principia per accidẽs sunt principia q̃ vt fiat res naturalis requiruntur: facte tamen nõ cõstituũt essentiã ¶ Res naturalis/hoc aliquid /totum/cõpositum /completum/ ens in actu.

t Ertiũ cap. continet duas diuisiones. quatuor conclusiones. duas rationes ad primã partem prime. vnũ correlariũ/et instantiã ad terciã. et vnũ correlariũ ad quartam. ¶ Prima diuisio. Duobus modis aliqđ 34
fieri exprimimus. ¶ Primo simplici. vt homo fit musicus: ex immusico fit musicus. ¶ Scđo composito vt immusicus
homo fit musicus ex homine immusico fit musicus. ¶ Se- 35
cunda diuisio. Duobus modis aliquid fieri modo simplici exprimimus. ¶ Primo in recto. vt homo fit musicus. ¶ Secundo in obliquo vt ex immusico fit musicus. Nam cũ aliquid fieri exprimimus nomine ꝑmanẽtis materie et forme: vt plurimũ recto vtimur. vt homo fit musicus. Non tñ id semper oportet. Nã dicimus ex ere fit statua: et ex lignis fit domus. et non es fit statua: et ligna fiunt domus. Cũ vero

nomine non permanentis materie habitu/ et priuatione/ aut nomibus cõtrariis transmutationẽ exprimimus: obliq̃ vtimur. vt ex semine fit equus et ex imusico fit musicus et ex nigro fit albus. Et de modo exprimẽdi composito ita dicendum est. et hoc vniuersaliter de trãsmutatiõe intelligimus. Nam natura cõmunia prius determinanda sunt: deinde circa propria speculãdum est. ¶ Prima cõclusio. In omni trãsmutatione aliquid subicitur: quod vnũ numero est ratione vero duo. ¶ Prima pars patet. primo quia omne quod fit: aut fit simpliciter aut non simpliciter. (fit em̃ aliquid simpliciter: cum acq̃ritur substãtia: Non simpliciter vero cum acquiritur accidens) sed cũ aliquid fit simplr aliquid subicitur. Nam forme que acquiritur subiecta est materia. Subicitur enim vicissim formis contrariis. Et etiam cum fit non simpliciter: aliquid subicitur. Nam non erit accidens quod acquirit sine subiecto. igitur omni transmutationi aliquid subicitur. ¶ Scdo existimant omnia fieri trãsfiguratione/ appositõe/ substractione/ aut alteratõe. Trãsfiguratiõe quidẽ vt cũ ex fuso ere fit statua. Appositõe vt cum quid augetur. Substractõe vt cũ qd diminuit. aut cũ ex lapide sculpatur Mercurius aut Apollo. Alteratione vt cũ aliqd fit album. sed in oibus his subicit materia ex q̃ fiũt. vt es trãsfigurationi statue/ corpus augmẽtationi aut diminutõi/ lapis insculptioni Mercurii/ et subiectũ suum alteratõi. igit i oi trãsmutatione aliquid subicitur. ¶ Scda pars quod trãsmutatõis subiectũ vnũ sit nuẽro: rõe vero duo patet. Quod vo sit vnum nuẽro superius dictũ est alias nõ fieret vnũ. Sed quod rõe duo patet/ quia in omni trãsmutatione subiectũ: forma (quã natũ est hre) caret: et quã quidem facta trãsmutatõe habet. est igit idẽ et subiectũ et priuatio. At alia ẽ ratio subiecti et priuationis sicut alia ẽ ratio hois et imusici. Nã factis trãsmutationibus qd subicit dicit subiectũ: nõ autẽ forme (cuius prius) dicit amplius priuatio: et homo semper dicit hõ nõ esse imusicus. igit qd subicit vnũ nuẽro est et rõe duo subiectũ et priuatio.

37 ¶ Scda cõclusio. Subiectũ et forma rex natliũ per se sũt principia. ¶ Patet quia illa per se rex nataliũ sũt principia: q̃ intrinsece eas cõstituũt: et eax substantiã cõplent et pficiũt. quãlibet autẽ rẽ natalem subiectum et forma intrĩsece cõstituũt: et eius substantiã cõplẽt et pficiũt. sũt igit subiectũ et forma rex

naturaliũ per se principia. ¶ Tercia ꝯclusio. Priuatio et 38
cõtrarioꝝ alteꝝ ꝑncipia sunt ꝑ accidens. ¶ Patet/quia rei
naturalis non cõplent ꝛ ꝑficiũt essentiã. nã facta re natali:e=
ius priuatio ꝛ ꝯrioꝝ alterũ non manẽt. igit̃ ꝑncipia sunt per
accidens. ¶ Correlariũ. vnde fit vt rerũ naturaliũ principia 39
sint vt duo: sint vt tria sint vt ꝯria. Nam duo sũt per se sub
iectum et forma: tria vero subiecta natura et duo cõtraria.
esse vero cõtraria prius ostensuꝫ est. ¶ Instãtia/Si rerum
naturaliũ sint ꝑncipia cõtraria: ea adinuicẽ non agere aut
pati impossibile est. non poterit igit̃ consistere res natalis.
¶ Respondet in re natali illa contraria nõ manere: sꝫ vnũ
cũ subiecto. Sufficit em̃ contrarioꝝ alteruꝫ sua pricipia et
alterius absentia cũ subiecta materia: rem ꝯstituere natalẽ.
¶ Quarta. Materia scd̃m ꝓportionem ꝛ Analogiã cogno 40
scibilis est. ¶ Nam sicut es se habet ad statuã et lignuꝫ ad
lectum ꝛ vnũquodqꝫ taliuꝫ formam habentium: ita mate=
ria ad rem natalẽ et hoc aliqd. ¶ Correlariũ. Unde mate= 41
ria vnũ est: non vt forma neqꝫ vt hoc aliquid. Nam forma
vnum est vt actus: hoc aliquid vnũ est vt totum: Materia
vero vnum est vt subiectũ. dicere autẽ quomodo materia
et forma et hoc aliquid substãtie sint: non amplius Physi=
ci est manifestare sꝫ Philosophi primi.

Primi cap. quarti tractatũs note.

¶ Ratio quã subiungebant ad ꝓbandũ non esse multa en=
tia. Nam si multa essent entia: ipa inter se essent diuersa. et
si essent inter se diuersa: essent diuersa ab entibus. que autẽ
sunt diuersa ab entibus: esse non possunt. igit̃ non sunt mul
ta. ¶ Fit aliquid ex aliquo per se: quãdo ipsum: factũ con=
stituẽs in eo remanet. ¶ Per accidens vero cũ non manet
in facto. ¶ Priuatio scd̃o. ¶ Per se non ens/quod hoc a=
liquid non est/aut ipm constituẽdo remanens. ¶ Ens ĩ po=
tentia/Potẽtia/materia. ¶ Non ens simpliciter: quod nul
lomodo est ens.

Cartus tractatus continet duo cap. Primũ cap.
q continet vnaꝫ ꝯclusionẽ. ꝛ duas diuisiones. ¶ Cõ 42
clusio. Soluenda est ratio dicentiũ nichil posse fie
ri neqꝫ corrumpi. ¶ Qui ita argumentabant̃. Si fiat aliqd
Aut fiet ex ente: et hoc non. quia iam est. Esset em̃ priusq̃

fieret. Aut ex non ente: hoc autem non. Quia ex nichilo nichil fit: non potest igit̃ aliquid fieri. Et hi statim credebant non esse multa entia. ⁊ ex disputandi imperitia longe a veritate in quandã aliam viã digressi sunt. hec itaq₃ indissoluta ratio posset nos a veritatis ꝑceptione distrahere. ¶ Diui-
43 sio. Ex ente aut non ente potest intelligi dupliciter aliquid fieri. Primo per se. Scd̃o per accidẽs. sicut dicim⁹ medicũ medicationis causaʒ esse per se ⁊ edificationis per accidẽs. medicus eñ in eo ꝙ medicus medicat̃: per accidẽs autẽ edificat: nam accidit medicũ habere edificandi habitũ. Nos ita dicim⁹ ex ente hoc aliqd per se nõ fieri aliqd: (alias redit opinio Anaxagore) sed per accidẽs. vt ex quodã aiali ꝑ se non fit canis aut aliud: sed per accidẽs. Ita ex non ente vt priuatio q̃ non est ens per se non fit ꝑ se aliquid: sed per
44 accidẽs. ¶ Scd̃a diuisio. ens dicit̃ multipliciter. Primo ẽs in actu. Scd̃o ens in potentia. Ex ente in actu per se nõ fit aliquid: sed ex ente in potẽtia ꝑ se bene fit aliqd. Similiter non ens dicitur multipliciter. Primo nõ ens in actu. Secũdo non ens in potentia. Ex nõ ente in actu ꝑ se bene fit aliquid: nã ex materia ꝑ se fit aliquid. Ex non ente autẽ in potentia per accidẽs: nã ex composito. Ex nõ ente tamen simpliciter nichil fit: neq₃ per se neq₃ per accidẽs. Ex his distinctionibus (ob quã coacti sunt generationẽ ⁊ corruptiões negare) omnem soluimus ambiguitatem.

Secundi cap. note.

¶ Potẽtia/materia. ¶ Diuersa multa. ¶ Substãtia res naturalis. ¶ Appetere ad absens inclinari/instingi/ordinari. ¶ Desideriũ/appetitus/inclinatio/instinctus. ¶ Generari/ vt terminus. ¶ Corrumpi/vt terminus.

45 Secundũ cap. cõtinet. 5. ꝯclusiones. ¶ Prima ꝯ°.

Non recte defẽdũt aliqui aliqd fieri simpl'r: Parmenidẽ approbãtes. ¶ Nã cũ ipi approbant illud Parmenidis: quidqd est ꝑter ens nichil est. ⁊ ens ꝯpletum intelligãt (Nã aliud ens nõ cognoscũt) ⁊ credant qd̃ non sit hocmõ ens: nichil oio eẽ: ex quoqdẽ ente nichil credũt simplicit̃ fieri Restat igit̃ vt dicãt ex oio nõ ente aliqd fieri: ⁊ materiã ponãt oio non eẽ ens. Id autẽ recte defendi nõ po-
46 test. ¶ Scd̃a. Non iteʒ recte existimãt si potẽtia vna est numero: oio non esse diuersa. ¶ Nam dixim⁹ iidem eẽ nume-

ro potentiam et priuationē:illa tamen late inter se differre.
Naꝫ potētia rei nat̄alis ꝑncipiū est ꝑ se: priuatio vero ꝑ ac
cidēs.Est eñ materia vt per se ens et ꝓpe substantiā:priua
tio vero non.Nā rei nat̄ali sua potētia semꝑ adest:eius ve=
ro priuatio nōq̄ꝫ adest.❡Tertia.non est nostre trinitati ea= 47
deꝫ Plōnis ꝑncipiorꝫ trinitas.❡Nā Plato magnū/ꝑuū/ꝛ
ideam tria posuit rerum nat̄aliuꝫ pricipia.ꝛ magnū et par=
uum noīa materie ponebat:et non ꝑuationis. Q̄ si eandeꝫ
materiā intelligebat:erat solum noīm trinitas. sin vero di=
uersas:trinitatē sine priuatione ponebat. Priuationē ei de
spexit q̄ despicienda non est. Nā tametsi res nat̄alis ex sua
materia sicut ex oīm matre:suaq̄ꝫ forma subsistat: priuatio
tamen vt ad maleficiū plerūq̄ꝫ contēplantibꝰ occurrit.Nā
ab ea ꝓficiscunt̄ rerum interitus.❡Quarta.materia reruꝫ 48
formas appetit.❡Patet/nā est bonū quoddā diuinū/opti
mū/sūme appetibile/sūma abstracta forma : a q̄ oēs rerum
forme ꝓficiscuntur.huic autē diuino bono optimo vnaq̄q̄ꝫ
res q̄ꝫtum potest:q̄ꝫsimillia fieri natura appetit.et ei ad hoc
summa illa prouidentia nat̄ale indidit desideriū. At mate=
ria formas a bono optīo oīm absoluta forma manātes reci
piēdo ei q̄ꝫtū conceditur:bono optīo fit q̄ꝫsimillīa.appetit
igit̄ materia rerū formas. Appetit eñ materia reꝝ formas
vt femina esse virū:ꝛ vt turpe honestū. nō quidē qꝛ ꝑ se tur
pis sit sed ꝑ accidens:et ꝑfectionis carentiā.Et forma seip
sam nō appetit: quia nichil seipō eget . Neq̄ꝫ formā ꝯriam
appetit:quia nichil suipīus appetit corruptioneꝫ.ea vero a
suo ꝯrio corrūpitur.neq̄ꝫ materiā:quia ꝑusq̄ꝫ sit in materia
non est.❡Quīta.materia ꝑ se neq̄ꝫ gn̄atur neq̄ꝫ corrūpitur 49
generatur autē et corrūpitur per accidēs.❡Primū patet.
quia quodcūq̄ꝫ ꝑ se gn̄atur aut corrumpit̄ : ei subici aliq̄d
oportet.qđ aūt ei subicit̄ materia ē.Vocamꝰ ei materiā sub
iectū vnicuiq̄ꝫ primū:ex q̄ fit aliq̄d cū īsit nō scđꝫ accn̄s:qđ
si corrūpatur ī hoc abibit vltimū. Igit̄ si ꝑ se gn̄aretur esſꝫ
anteq̄ꝫ generaret̄: et si corrūperet̄ corrupta erit anteq̄ꝫ cor=
rumpat̄.est igit̄ ꝑ se īgenita atq̄ꝫ īcorruptibilis. ❡Scđꝫ qꝛ
per accidēs patꝫ.quia dicit̄ generari aut corrūpi ad corrup
tionē eius qđ in ea ē.hoc autē est ꝑ alterū et ꝑ accidēs.igit̄.
❡Quot vero forme multiplices sint : an vna sit a q̄ forme
prodeūt omnes ꝛ primi phī est.et in illđ tp̄us id querēdum

differatur. De formis autem physicis et corruptibilib⁹ i his libris intendim⁹: et primū quot nature: et que et quot nūero rerum cause determinandum est. Et in hoc clauditur prim⁹ physicorum liber.

Primi tractatus secundi Physicorum note.

¶ Ens habēs naturam/ens naturale. ¶ Secundū se q̄ conuenire nata sunt. ¶ Accidunt/accidentia sunt. ¶ Propter/per. ¶ Priuatio/priuatio secundo.

Secundus

liber physicorum cōtinet sex tractatus. Primus vnum cap. cōtinens vnā diuisionē. vnā dīam. tres diffinitiōes. 3. ɔclusiōes. 4. rōes ad terciam. ¶ Diuisio. Eorum q̄ sunt/quedā sunt a natu
1 ra: q̄dam vero p alias causas. A natura sūt elemēta ignis/aer/aq̄/terra/ aīalia aīaliū ptes plante et sīlia. Per alias causas dom⁹/lect⁹/indumētū p artē: thesauri in
2 uētio p fortunā. ¶ Dīa. Differūt ea q̄ sūt a naturā ab aliis qr ea q̄ sunt a natura hñt a sua forma pncipiū sui mot⁹ et q̄etis/augmentatōis/diminutōis/altatōis/et scd̄m locum mutatōis: Ea vero que sunt p alias cās vt per artē dom⁹/lect⁹/idumētum a forma artis nō hñt pncipiū sui mot⁹ et q̄etis: sz scd̄m q ipa lapi
3 dea/lignea/aut terrea sūt. ¶ Prīa diffinitio. Ex his nature diffinitio nota eē potest q̄ ē. Natura ē pncipiū et causa mouēdi et q̄escendi ei⁹ in q̄ est: pmū/p se: et nō scd̄m accñs. Non scd̄m accñs dico. Nā medic⁹ eger in se habz sue sanatōis pncipium medicinā: nō tñ ē natura. Nā nō ē in eo pmum/et p se sed scd̄m accñs ē: et accidit ipm eē medicū et sanari. Silr dom⁹/lectus/et alia arte fctā: artificiales formas i se hñt: q̄ non sunt cause q̄ pmum et p se isint sz scd̄m accñs. q̄propter hec dici ne
4 queunt nature. ¶ Scd̄a. Ens habēs naturam est substātia ex naturis cōstans. Est em̄ naturarū vna semp subiectum: altera vero
5 semp i subiecto est. ¶ Tercia. Scd̄m naturam sunt hec et q̄ scd̄m se his accidunt. vt ignis motus sursum: neq3 natura ē neq3 naturam habēs/sed scd̄m naturam ē. Scd̄m naturā et a natura i
6 dem. ¶ Prīa ɔclusio. Ridiculū ē conari demōstrare naturam esse. ¶ Patet. q̄a ridiculum ē conari manifesta p imanifesta nota facere: et nō potētis iudicare q̄d ppt se notū: et q̄d ppt alterum notū eē dēat. q̄ aūt conabr demōstrare naturam eē hec ei

accident. Nam qui ea que per se manifesta sunt non intelligẽ syllogismũ querẽs: accident ei q̃ ceco nato de coloribꝰ syllogisanti acciderũt: voces ipsas audire et nichil de rebꝰ ipsis intelligere. Non igit̃ demõstrandũ est naturã esse sed vt per se notũ capiẽdũ est. ¶ Scd̃a ↄclusio. Prima vnicuiqꝫ subiecta materia habentiũ in seipis motus principiũ natura est. 7
¶ Patet nam antiqui solum id credebãt esse naturã quod facta transmutatione et facta corruptione semp̱ manet. vt Antiphon quia putrescente lecto (si vim germinandi accepisset) remanebat lignũ ⁊ non remanebat lectꝰ: ideo lignum dicebat naturã lecti et non eius formã. Et qui crediderunt oĩm materiam eẽ ignem qui factis inesset: et q̃ idẽ corruptis remaneret solum ignem vocabãt naturã. Et qui aerem: aerem. Et qui aquã: aquã. Et qui terram: terrã. Et qui plures posuerunt materias: plures posuerũt naturas. Et eam solam credebãt ꝑpetuam: et ortus et interitus immunem. Cetera autẽ vocabãt q̃litates/habitus/dispositiones/passiones/quas credebãt ĩfinities fieri et ĩfinities corrumpi. Sed quod vere: facta trãsmutatõe et facta corruptione semp̱ manet: est prima vnicuiqꝫ subiecta materia habentium in seipis motꝰ principiũ. igit̃ ipa ẽ natura. ¶ Tercia cõclusio. Forma rerũ naturaliũ etiã natura est. ¶ Primo quia sicut se habet forma artis ad artificiale: ita et ipa forma ad ens a natura. Sicut enĩ lignũ priusq̃ artis formam recipiat non lectus actu est sed sola potentia: habita vero forma: actu simul lectꝰ est ⁊ res artificialis: ita priusq̃ materia formã ossis aut carnis accipiat non actu est os aut caro/sed solũ potentia: sed simulatqꝫ forma ossis aut carnis ẽ: ipsum os aut caro est. At a forma artis: res denomiãtur artificialis. igit̃ et a sua forma denominabit̃ ens a natura. est igitur ipa forma natura. ¶ Scd̃o quod ex materia ⁊ forma existit. vt elementũ/aĩal/planta: nõ natura sed a natã eẽ dicit̃: sed magis a forma q̃ mat̃ia eẽ videt̃. Nã sit̃ cũ forã ⁊ est et suũ nomẽ recipit neqꝫ ꝑus. Tũc ei sunt singl̃a ⁊ dicunt̃ cũ actu ipo sunt. Est igit̃ forma illꝰ (cuiꝰ est) natã. ¶ Tercio. Antiphon dicebat lignũ eẽ naturã q̄ putrescẽs regerminaret lignũ ⁊ nõ formã artis eẽ natãꝫ q̄ nõ regermiaret lectũ. Sꝫ lignũ potꝰ a forã regermiat lignũ q̃ a materia. vt homo a forma generat hoĩem et bos bouem. igit̃ forma 8

est natura imo et magis ipa materia. ¶ Quarto formā artis non ponimus naturā: quia non sit pncipium motus. et quietis. At eorum q̄ sunt a natura forma est principiū motus et quietis/generationis/corruptionis/ reliquaꝝ mutationū. Et vna queqꝫ res que fit nomen sumit pocius ab eo q̄ pergit: et non ab eo vnde venit. vt a fabro dicit fieri scānuꝫ nō lignum. et cū aqua vertit in aereꝫ: dicit fieri aer non aqua. et denoiatur ens a natura non sicut medicatio a medico sꝫ sicut sanatio: q̄ est ad sanitatem. Est igit forma eius (cuius est) natura: et potius nata ipa materia. Et q̄a forma dicitur quodāmodo et de forma pncipio p se: de eius priuatione (Nam eius priuatio contrariū quodāmodo species est) ideo natura etiā quodāmodo dicit de priuatione. Sed quomodo circa gñationeꝫ erit forma eius contraria priuatio postea determinandum est.

¶ Secundi tractatus note.

¶ Mathematic⁹ qui q̄driuiū consecut⁹ est. ¶ Quadriuiū/ Musica/ Arithmetica/ Geometria/ Astronomia. ¶ Longitudines plana/ solida/ linee/ supficies/ corpora. ¶ Magnitudines figuras et similia: cogitatione et intellectu a re natali/ materia et motu abstrahere: est ea rem naturaleꝫ materiam et motū non ꝯsyderando cōsyderare: curāqꝫ an rei sint natalis: an sint in subiecta materia: An cuꝫ motu sint necne relinq̄re. ¶ Poeta/ Homerus. ¶ Abstrahere/ abiūgere/ separare. Architectonica/ ars principalis. ¶ Gubernator/ auriga.

Ecūd⁹ tractat⁹ cōtinet vnū cap. cōtinēs duas conuenietias. tres dr̄as. vnā q̄stionē. vnā cōclusionē. et
f quiqꝫ rōes ad illā. ¶ Due cōueniētie. ¶ Primo cō
9 ueniūt Physicus et Mathematic⁹ quia vterqꝫ pūcta/ longitudies/ plana solida cōsyderāt. ¶ Scd̄o cōueniūt Physicus Mathematicus vt Astrologus: qui ꝓpius ad Physicā accedere videt. quia Astrologus de iis q̄ mouent consyderat: de magnitudine et figura. vt q̄ terra/ celum/ sol/ mūdus spherica sint: q̄ consyderat Physicus. ¶ Tres diffe-
10 rentie. differūt primo quia Physicus Mathematc⁹ hec eodēmodo non consyderāt Nam Physicus magnitudines figuras cōsyderat vt termini sunt rei naturalis. et cōiūcta materie: et intentio eius est omnia ad motū referre: Mathe

maticus autem ea a re naturali/materia et motu cogitatione ⁊ intellectu abstrahit. Neq; idcirco arbitrandum ē abstrahentiū esse mendaciū. Nam q̄uis magnitudines ⁊ figure et cetera accn̄a a materia ⁊ subiecta subā re ip̄a separi nō possit: cogitatione tn̄ et intellectu possunt. et hec latuerunt Platonē ideas introducentē: quas non modo cogitatione et itellectu sed re ip̄a a materia seiūgebat/faciebat ei Physicam magis Mathematica abstractā cu; ea minus abstracta sit. ¶ Scd̄o. quia Physicus ⁊ Mathematic⁹ nō eodem modo diffiniūt. Nā Physicus diffinit sumēdo noīa materiā formā et motū importātia. vt os quod materiā ⁊ formā ossis habeat: ⁊ caro ⁊ homo. et vt diffinit simitas cum dicitur est nasi cauitas. Nā nasi eius materia; : cauitas vero eius formā explicat. Sed Mathematic⁹ cū diffinit par/impar/lineā/figuram/curuū/rectū/et reliq̄ hmōi (q̄ cōsyderat) non sumit noīa materiā et motū ip̄ortantia: Aabstrahit em̄ ab iis cogitatione ⁊ itellectu. ¶ Tercia quia Physicus et Mathematicus vt Musicus/ Perspectiu⁹/ ⁊ Astrolog⁹ (q̄ propius ad Physicā accedere vident) nō eodēmodo demōstrāt. quia Music⁹/ Perspectiu⁹/ ⁊ Astronomus demōstrationes ab Arithmetica ⁊ Geometria accipiūt. Physic⁹ vero non: sed a materia motu ⁊ iis q̄ rem natales ꝯsequūtur non tn̄ oīo eodēmodo Musica Perspectiua ⁊ Astronomia: vt Arithmetica ⁊ Geometria demōstrant. Nam Geometria de linea vt Mathematica est demōstrat. Perspectiua vero de linea Mathematica nō vt Mathematica (nā cogitatiōe atq; intellectu a motu eā non separat: s; vt Physica (mutuat enim a Physica motum) ex Geometria demonstrat. ¶ Questio qm̄ ꝯsyderatio Physica est vt de simo: ⁊ nata de duobus dicat vt de materia et de forma An vtriusq; sit Physica cōsyderatio? ¶ Cōclusio. vtriusq; nate ⁊ materie et forme est Physica cōsyderatio. ¶ Prima ratio. Si ad antiquos respicias vt Democritū et Empedoclē inuenies eos de materia amplissima; fecisse determinatione; : hic de quatuor elementis/ille vero de Atomis et de forma i parte determinasse. vt Democritus de figuris ⁊ Empedocles de lite ⁊ amicitia. ¶ Scd̄a. ars nate imitatrix est ⁊ emula. Ars autē materiam ⁊ formā ad aliquem finē cōsyderat. vt Medicus coleram/et flegma ⁊ ceteros humores in quor con-

cōperamento & suarum qualitatū ꝓportōe consistit sanitas. Et edificator ligna/ & lateres(q̄ sunt materia domus)et domus formam consyderat. Igitur est physici vtrāq; naturam cōconsyderare. ¶Tercia.eiusdem scientie est finem & media in finem ordinata consyderare. Forma autem materie finis est. Nam cū cōtinue mota sit:forma(vt id gratia cuius mouebatur)assequuta:quiescit.& forma(vt dictum est)est maxime natura.igitur cuius est consyderare formam eiusdem est et consyderare materiam. Est enī forma vltimū quoddam et id gratia cuius est materia.et derisorie Poeta mortē(qr vltimū sit)finem et gratia cuius orti sumus appellat: volēs non omne vltimū esse finē:sed vltimū & prestantius. ¶Quarta.artium factiuarū quedā suam materiā simpliciter facit. vt ars latū: Alia disponit vt que dolando aut ptes distrahendo formam inducit: Alia rebus factis vtitur(nos enim quodāmodo sumus oīm finis)(sed finis vt in morali philosophia dictū est duplex est)que ideo vsualis & architectonica nominatur. Et hec est cognoscitiua & aliis preceptiua. cognoscit enim gubernator qualis forme temo esse debeat/ & precipit alii qui formam temonis habet inducere. vt qui(q̄ ligno & quali temo formandus sit)cognoscit. igitur Physisicus materiam et formam habet consyderare.vt enī factiue ad operandum se habent ita speculatiue ad cognoscendum se habere videntur. ¶Quinta.materia ad aliquid refertur ad formam:est enim forme materia. igitur eiusdem est materiam et formam consyderare. Qui enim eorum que adinuicem referuntur vnum consyderat et alterum consysyderabit. ¶Et si queratur vsquequo Physicus rerum formas consyderat? Usquequo materie coniuncte generant / corrumpunt/ augmentant/minuunt. Ex materia enī homo & sol hominem generant. que separate et a materia seiuncte forme sunt: non Physici sed Philosophie prime consyderatio est.

Tercii tractatus note.

¶Modi causarum/genera causarum. ¶Ultima causa ē q̄ hita nulla vlterior reliquit q̄rēda. ¶Uniuersales cause sū tq̄s

vniuersalibus nominibus exprimimus. ¶ Particulares/ quas particularibus. ¶ Ita et vniuersales effect⁹ quos vniuersalibus nomibus exprimim⁹. et ꝑticulares quos particularibus. ¶ Ratio/diffinitio.

t Ertius tractatus cõtinet vnũ cap. continẽs quinq3 cõclusiones. 4. modos causaꝝ post primã: tres diuisiones post quintã. 1. dĩam et duo documenta.

¶ Prima cõclusio. determinãdũ ẽ de causis. ¶ Nã hec disciplina sciendi gratia instituta est. Scire autẽ maxime arbitramur vnũquodq3: cũ causam ꝑmam ꝑpter quã res est cognoscimus. determinãde sunt igit cause rerũ naturaliũ/generationis/corruptionis/et ceteraꝝ physicarũ mutationu3. vt eas cognoscam⁹ ¶ Quatuor modi causaꝝ. Primomodo causa est ex qua fit aliq̃d cũ insit: et materia dicit. vt es materia est statue/et argentũ materia fiale. et metallu3 et eorũ genera. ¶ Scdo. causa est forma aut ratio (vt diapason est qui ex dupla ꝑportione vt duoꝝ ad vnũ: nascitur cõcent⁹) rationis partes et genera. ¶ Tercio est a qua aliq̃d fit: ꝛ dicitur efficiens. vt principiũ a quo mot⁹ et q̃etis. ꝛ q̃ dat cõsiliũ/et pater filii/ faciens facti/ꝛ cõmutãs cõmutati: cause sunt efficientes. ¶ Quarto est gratia cuius aliquid fit: ꝛ dicitur finis: vt ambulationis finis est sanitas. Cũ eñ querimus gratia cuius quis ambulat. Respondemus vt sanet: arbitrãtes ambulationis finẽ reddere. Est eñ sanitas finis non modo ambulationis sed ꝛ maciei/purgationis/et potionis bis indigentibus (que media ordinata in finem dicũt) et oĩm instrumentoꝝ que instaurande sanitatis gratia sunt. ¶ Secũda conclusio. Unius eiusdq3 plures causas per se esse contigit. ¶ Nam eree statue es causa est ꝑ se: pariter ꝛ statue factor non tamen eodẽ modo. Nam es ꝑ se causa est vt materia: statue ṽo factor ꝑ se causa est vt efficiẽs. ¶ Tercia. possunt et cause sibiĩuicẽ esse cause. ¶ Nam ambulatio causa est sanitatis ꝛ sanitas causa ambulatioĩs non tamen eodẽ modo. Nã ambulatio sanitatis causa est vt efficiẽs: sanitas vero ambulationis vt finis. Efficit eñ ambulatio sanitatẽ: et sanitatis grã ipa plerũq3 ambulatio est. ¶ Quarta Interdũ eadẽ causa contrarioꝝ est effectuũ. ¶ Nã idem aliq̃n presens causa est vni⁹: absens vero alterius. Gubernator eñ sua presentia causa est salutis nauis: qui idem ab-

Margin numbers (right), in order: 13, 14, 15, 16, 17

18 sens causa est periclitationis. ¶ Quinta. omnes cause i dictos. 4. coincidūt modos. ¶ Hec in singl'is sciētiis videre promptū est. Littere eni dictionū/dictiones orationu3/sup positiones argumentationū/materia vasoꝝ/partes totius. elementa ignis/aer/aqua/terra mixtoꝝ: sub materia cōprehendūtur. Compositio/diffinitio/forma: sub forma. Medicale semen Medicus/consiliū dans/faciēs/ꝛ cōmutās/ sub efficiēte. Bonū aut quod videtur bonum (nichil eni hic differt esse bonū et videri bonum) sub fine. Manifestū est igit
19 omnes causas in dictos. 4. coicidere modos. ¶ ¶ Prima diuisio. Causarū queda3 est ꝓpinquior: et qdam remotior. vt sanitatis causa ꝓpinquior est Medic⁹: remotior artifex. Et diapason causa ꝓpinquior: duplu3 remotior ꝛ numer⁹.
20 ¶ Scda. causarū quedā est ꝑ se et quedā per accidēs. Statue eni causa per se est statue factor: per accidens vero Polycletus homo/aīal/album/Musicū. Accidit eni Polycletum et hominem ꝛ aīal et album et Musicū habitum habere quo efficiat statuam. Et earū causarum quedā est ꝓpin
21 quior et quedam remotior. ¶ Tercia. causarū queda3 sunt actu: alie vero potentia. vt edificans edificationis causa est actu: edificator vero causa potētia. ¶ Et has causas qñq3 complexe et quandoq3 incomplexe exprimim⁹. cōplexe vt Polyclet⁹ statue factor/statue causa est. Incōplexe vt Polycletus est causa statue. ¶ Et dicta causaꝝ membra de seinuicem formātur: vt an causa ꝑticularis aut vniuersalis ꝑ se sit/an per accidens/actu an potentia/ cōplexe an incōple
22 xe expressa. ¶ Differentia. Differunt cause actu et potētia. Nā cause actu simul sunt cū suis effectib⁹: et simul cu3 illis esse desinūt. vt hic medicās est: si euis medicatio est. et hic edificans est: si eius edificatio est. Cū aute3 nō amplius fuerit eius medicatio: neq3 hic medicās est. et cum non fuerit edificatio neq3 hic edificās. Cause vero potentia nō simul cum effectibus sunt neq3 cū ipis esse desinunt. vt edificatorem non simul cū domo esse oportet neq3 (desinente domo)
23 desinere. ¶ Primū documentū. Querenda est in singulis causaꝝ generibus vltima causa. vt cur hic edificat? quia edificator est. cur edificator? quia edificandi habitu3 habet. Hec aute3 vltima causa est: vltra quā nulla vlterior supest
24 querēda. ¶ Scdm. Assignande sunt vniuersaliū effectuum

vniuersales cause:et particulariū pticulares/ et actualiū actuales/ ꝛ potētialiū potentiales:vt statue assignanda est causa/statue factor.et huius statue hic statue factor : et statuefactionis statuam faciens . et statue potestate : statue factor.

Primi cap. quarti

Tractatus note.

¶Causa indeterminata est causa que in aliquem effectum non ordinatur.

Quartus tractatus cōtinet quatuor cap. Primū cōtinet vnā ꝯclusionē.
q tres opiniones cū solutionib⁹ duarū rationū prime et improbatōe scđe. ¶Cōclusio.casus et fortu 25
ne physica determinatio est.¶Nam casus et fortuna cause sunt a quib⁹ multa fieri dicūtur. Causaꝝ autē taliū physica determinatio est.igit̄ et casus ꝛ fortune. ¶Pria opinio 26
est dicētiū nichil fieri a casu et fortuna. ¶Primo q: oīū effectuū videm⁹ causam determinatā esse.vt si quis it in forum et inuenit debitorē quem īuenire nō intendebat : ipsius rei causa determiāta est debitoris veniēdi ad forū volūtas: pariter et repertoris in forū veniēdi voluntas . non igit̄ fit aliquid a casu aut fortuna.Nā casus ꝛ fortuna cause essent īdeterminate.¶Scđo.Antiqui rerū naturaliū causas ꝑquirētes casus et fortune oīo non meminerūt:nichil igit̄ sunt casus et fortuna. Unde nichil a casu ꝛ fortuna fieri cōtinget. ¶Solutio.Multa fiūt a casu et fortuna. et licet illas causas in effectus determinatos referre possimus.vt volūtas eundi in forū/causa determinata est emēdi aut negotiandi: non tamen causa ē determinata inuētionis reperti. Qꝫ autē antiqui casus et fortune non meminerit: hoc nō arguit autoritatem:verū eoꝝ potius insufficientem determinationē. quod et falsum est. Nā et si Empedocles casuꝫ ꝛ fortunam non ponat eē liteꝫ/amicitiā/ignem/aerē/aquam/terrā: dicit tamen in mūdi origine ignē/aerē/aquam/terrā in loca(i quibus sunt)casu incidisse ꝛ aliter sepius cadere: ꝛ multas aīalium partes a casu ꝛ fortuna fieri ¶Scđa opinio est dicē 27
tium oīa a casu et fortuna fieri et fortunā voluere celuꝫ: et eo motu oīm rerū trahere ordinem. ¶Sed hec incōueniē

ter dicũt. ¶ Primo quia videm⁹ aĩalia et plãtas a determi
nata causa ꝓcedere. vt hominẽ ex homine/et ex semine oli=
ue oliuam/et vnãquãqȝ reliquarum plantaruȝ ex suo deter
minato semine ⁊ non esse a fortuna. minus igit̃ erit et celuȝ
et eius motus et diuiniora illa superiora corpora (que sem
per eodeȝ tenore cõstantissime perseuerãt) a fortuna. ¶ Se
cundo quia in inferioribus pleraqȝ a fortuna fieri cõplora
mus: in celo vero nũꝗ̃ quicꝗ̃ aut casu aut fortuna fieri cõ
spicim⁹: sed certo tenore ĩmutabili ordine constãtissime om
nia illic ꝑseuerare vident̃. male igit̃ fortune sedem celũ po
suerunt: cum plura deberent percipi in celo fieri a fortuna
ꝗ̃ fiant in his inferioribus. at potius fortunaȝ in inferiori=
28 bus locare debuissent. ¶ Tercia opinio est dicentiũ fortu=
nam esse quid diuinum et felicissimuȝ supra humanam mẽ=
tem: et cuius humanus intellectus non sit capax quã pluri
mi mortalium vt numẽ coluerunt. ¶ Hanc opinionem hoc
in loco non reprobat Aristoteles.

Secundi cap. note.

¶ Ea que fiũt a casu/ aut a fortuna: effectus casuales aut
fortuiti. ¶ Offendit/inuenit. ¶ Infinita/numero indeter=
minata. ¶ Sicut boni cõsecutio: ita et mali fuga bona dici=
tur. et sicut incõmodi assecutio mala: ita boni habiti perdi=
tio aut quasi ad manum presentis frustratio mala.

Secundum cap. continet quinqȝ diuisiones. duas dif
f finitiones/⁊ tres ꝯclusiones post quartã. vnũ corre=
larium ad. 2. diffinitionẽ. vnũ ad primã conclusionẽ.
29 et vnum ad secundam. ¶ Prima diuisio. Eorum que fiunt
quedam semper consimiliter fiunt/alia frequenter/Alia ve
ro raro: que neqȝ semper neqȝ frequenter fiunt. In iis que
semper consimiliter fiunt nullus fortunam locat: Neqȝ in
iis que frequenter. Aiunt enim que a fortuna eueniunt: ra=
ro contigere esse omnia. Et hinc (que raro eueniãt) omnia:
dicere solent a fortuna. et ipsi vt et nos fortunam esse ali=
30 quid (a quo pleraqȝ fieri cognoscimus) supponunt. ¶ Se=
cunda diuisio eorum que fiunt quedam fiunt propter hoc/
alia vero non. Hec enim sunt propter hoc quecunqȝ a na
tura/intellectu/ aut voluntate facta vt prosequantur/fugiã
13 turue digna sunt. ¶ Tertia eorũ ꝗ fiũt: ꝗdã fiũt ab agente
scdꝫ ꝓpositũ/quedã ꝟo nõ. ¶ Quarta causaꝝ ꝗdã ẽ ꝑ se vt

domus causa per se ars edificatiua: Alia vero per accidēs: vt album et Musicū. Et causaȝ per accidēs oportet eē fortunam. Nā causa per se finita et determiata ē: per accidēs vero incerta et indeterminata. Fortuna auteȝ causa est incerta et indetermiata. et vni infinita accidere possunt. ¶ Prima diffinitio / hec fiunt a casu aut fortuna q̄ raro ꝛ per accidens fiūt et que ꝓpter hoc sunt. Et quādo a casu / et qn̄ a fortuna: hoꝛū differētia postea determiabitur. vt venit quis in villam non quidem vt debitorem inueniat: debitorē offēdit: debitā pecuniaȝ reportat: reportatio hmōi pecunie a casu aut fortuna fit. Nam taliter raro euenit ꝛ per accidens. non em̄ reportandi gratia in villā ierat: et est eoꝝ q̄ ꝓpter hoc sunt. Si em̄ frequēter fieret hmōi reportatio: aut reportandi intentione locū adiisset: hec neqȝ a casu neqȝ a fortuna facta fuisset. ¶ Scđa diffinitio. Fortuna est causa ꝑ accidens scđm ꝓpositum eꝫ semper et frequenter ꝛ eoꝝ que propter hoc sunt. ¶ Correlariū / quapropter circa idem et intellectus et fortūa sunt. Nā propositū sine intellectu non est. ¶ Prima ꝯclusio. Infinite cause eē possunt a q̄bus (qđ fit a fortuna) fiat. ¶ Nam infinita sunt q̄ ad idem accidere possunt. Pecunie em̄ reportatio accidere potest: aut q2 q̄s amici videndi gratia aliquem locū adeat / aut quia ꝓsequatur fugientē / aut fugiat ꝓsequentē / aut quia spectacula videre desiderat: et sic de inumeris aliis. ¶ Correlariū. vnde merito fortuna infiniti esse videꝫ: et homi imanifesta. Nam infinitis ex causis accidere potest: que ad rei (que a fortuna fit) non ordinanꝫ exitū. ¶ Scđa ꝯclusio. quodāmodo recte videtur nichil a fortuna fieri: et quodāmodo a fortuna aliquid fieri etiā recte videtur. ¶ Nā per se nichil fit a fortuna. Si em̄ solum essent cause per se vt domificator per se causa est domus: nichil fieret a fortuna. At vero ꝑ accidēs recte videꝫ aliquid a fortuna fieri. causas autē per accidēs dictū est numero esse infinitas. ¶ Correlariū quaproptꝫ q̄dāmodo recte dici videtur fortunam carere ratione. Nam ratio solum eoꝝ est que semper aut frequēter fiūt. fortuna autem nō eoꝛū est: sed que raro. ¶ Tercia ꝯclusio. fortunarum altera causa est per accidens propiquior: altera vero remotior. ¶ Nam sicut aliaꝝ causaꝝ efficientium alia ē ꝓpinquior vt Polycletus statue: et alia remotior vt homo.

33 34 35 36 37 38 39 40

ita et fortunarū esse videtur. sunt em̄ efficiētes cause vt cū egroto sanitatis cause sint tonsio/vētus/ꝛ estus ꝛ nichil bo rū sanitatis gratia suscipit ꝓpinquioꝛ causa estus/ ꝛ deinde vētus ꝛ remotioꝛ est tonsio. Quia tamen infinite hmōi per accidēs cause esse possunt si assignāde sunt que ꝓpinquiores ꝛ que remotiores statuēde aliquot ꝛ figende sunt: alioqui que prioꝛes ꝛ q̄ remotioꝛes assignare nō possis.

41 ¶ Quinta diuisio. Fortunarū q̄daꝫ est bona qua bonū aliquid contingit. Alia vero mala qua aliquod contingit incōmodum. Quequidē fortuna si circa bona excellēti ē magnitudinē habentia cōtigerit: eufortuniū et fors fortuna dicit̄. Si ꝟo circa excellētia mala diffortuniū. vt si quis debuisset magnuꝫ bonū accipere: vt ꝛ quod ad manus erat quod non accipit sed quo frustrat̄ male ei cōtingit: acsi bonū iam habitū ꝑdidisset. Nam id quod ꝓprie est nichil distare videt̄. Vn̄ eufortuniū et diffortuniū inconstās ꝛ incertum est. Nam oīs fortūa incōstans et incerta vt que nūq̄ semꝑ ꝛ freq̄uēter sꝫ que raro et inopinate contingat.

Tertii cap. note.

¶ Actio/homīs scd̄m electionē operatio. ¶ Actio praxis. ¶ Eupraxia bona homis scd̄m electionē operatio. ¶ Tripes triū pedū sedes. Prioꝛa/pricipalioꝛa/ad suos effectus ꝑfectioꝛa. ¶ Frustra/incassum/iuanū/temere. ¶ Casus per se vanum.

Ertium cap. continet. 5. cōclusiones. duas rōnes et vnū coꝛrelariū ad scd̄am. duas rōnes ad tertiā et vnū coꝛrelariū ad quintā. ¶ Pria ꝯclusio. Ca-

42 sus et foꝛtuna differūt. Nam casus in plus est: foꝛtuna vero in min⁹. Quidq̄d em̄ foꝛtuna fit casu fit: nō autē oīe quod

43 casu fit: fit ꝛ foꝛtuna. ¶ Scd̄a foꝛtuna solum est eoꝝ circa q̄ est actio. ¶ Primo quia foꝛtuna est eoꝝ que volūtate ꝛ cōsilio regunt̄. Nā agentiū scd̄m ꝓpositū. hec aūt sūt circa q̄ versat̄ actio. ¶ Scd̄o quia foꝛtunatos dicere solemus felices: ꝛ foꝛtuna prope felicitatem eē videtur. felicitas aūt solum est eoꝝ circa que est actio. Est em̄ bona scd̄m electionē operatio. signū est igit̄ et foꝛtunā solum circa ea versari circa que est actio. ¶ Coꝛrelariū. Vnde fit vt inaīata/belue/ ac infantes nichil a foꝛtuna faciant: neqꝫ foꝛtunata: aut infoꝛtunata nisi scd̄m similitudinē dicant̄. Nam hec oīa: nulla

licet defendere. ¶ Tertio celi latio aliarũ mensura est. mensura autem omniũ minimum ꝛ motuum velocissimus minimus. est igitur linee in seipsam minime. Hec autem circularis est. erit itaqꝫ circularis ꝛ spherice figure. ¶ Quarto. aq̃ cognoscitur spherica que contactum hꝫ ad aerem/et aer ad ignem/ꝛ ignis ad celum. Igitur celum sphericum est: etiaꝫ multomagis his inferioribus. Qꝫ autem aqua spherica sit: satis deprehenditur: quia videmus eam semper ad concauiores partes confluam/deciduãqꝫ: donec p̃tes equentur. sũt enim concaue partes que centro sunt propĩquiores. Sit itaqꝫ centrum a. a quo ad aque superficiem ducatur recta a b et recta a c. cui subducta in superficie basis fit c b. ad quam a centro educo lineam alterã a d. que si minor fuerit a c aut a b: erit centro propinquior. quare ꝛ illic locus pronior ꝛ decliuior: et circunfluet aqua vt partes equentur. Et ita vbicũqꝫ a centro aque: ad superficiem eductis lineis ꝛ equatis q̃escet. Manifestum est igitur aquam: sphericaꝫ sibi aptare figuram. Est enim spherica ea: cuius omnes recte a cẽtro ad circunferentiam educte sunt equales. Et nõ modo vt aqua mundus sphericus est: qui summa illa diligentia et sapientia sic ordinatus est: vt nichil manufactuꝫ (quod Chirocmiton vocant) nichilqꝫ qđ oculis nr̃is conspiciënduꝫ/obuiũqꝫ sit: figure perfectione/et excellentia/ꝛ regularitate tale occurrat. Et nichil vsqꝫ adeo diligentia illa excoli/ elaborari qꝫ potuit: vt circularis corporis promptitudo et natura. Qꝫ si proportionem queris: quanto aqua perfectõne figura et qualitate terram superat: tanto aer aquam/et ignis aerẽ. Et longe plus ipsum celum hec inferiora elementa omnia.

Quinti cap. note.



¶ Ad/versus. ¶ Contingit/possibile est. ¶ a Oriens: b Occidens: c Meridiei punctum: d punctum Septentrionis. ¶ Intueor/video. ¶ Idem tueor/obtueor/contueor significant.

q Quintum cap. continet vnam questionem. Responsionem quam aliqui dare possent. Et eius solutionem ¶ Questio/cur potius celum ab a ad c moueatur q̃ ab a ad d? Hoc enim a casu esse nõ potest. Nam in sẽpiternis: casus locum non habet. Et id aut esse principium

aut cām habere oportet. ¶ Respondebūt forte aliqui hanc q̄stionē vanā esse. ⁊ velle de oib⁹ tentare aliq̄ afferre: magne stultitie esse argumentum. aut ardue excellētie que humanū excedit modū. ¶ Quibus respondemus non omnes statim increpare oportere: sed causam cur id faciant inspicere. Si vana fama illectus/ si sine rōne loquens: increpandus. At si scie amore motus: vltra alios necessarias veritates attingit eas rationibus certiores efficiens: talibus profecto gratia habenda est inuentoribus. Questionis itaq3 adducte (que eā apiat) rationem subnectimus. ¶ Natura possibiliū sp optimum facit. vt in lationibus secundū rectu3 plane intuemur Ignis elemētoꝝ nobilissimū: in supnum locum semp fertur Locus enim sursum honorabilior et diuinior: eo qui deo: sū est. ita et hoc modo anterius posteriore dignius est: ⁊ dextrū honorabilius sinistro. Et hec cā questionē exerit. Sic enim se habebit vt contingit optie. et optimū sic esse simplicē motū icessabilē. ⁊ ad hoc (vt dictū est) vti honorabilius est.

Sexti cap. note.

¶ Prima latio/ circularis latio. ⁊ q̄ scdm pmū sumit spaciū.
¶ Potētia minor: q̄ minorē ad pōa3 motā seruat pportionē
¶ Potentia mota/ resistentia.

f Sextum cap. continet vnam conclusionem. et quatuor rationes ad eam. ¶ Conclusio celi latio et que 10
prima lationum est: regularis est. Hoc eni dico propter lationes corporum inferiorum et que sub ipso ferūtur: quas non oportet esse regulares. Et q̄ ea sit regularis ostēditur. ¶ Primo quia si prima latio esset irregularis: ei⁹ motus esset intensio et remissio. et virtus mouens minor. Hoc enim in omni irregulari motu reperit. vt in motu secundu3 naturam: virtus in principio imbecillior. In proiectis vero et violente actis: in fine. in animalibus: interdum in medio. Hoc autem in primo motu reperiri non potest: vt qui sempiternus sit/ semper durans: infrangibilis/ neq3 principium/ neq3 finem/ neq3 medium habens. est igitur celi latio regularis. ¶ Secundo quia quod irregulariter fertur: aut hoc pp̄ter mouens euenit: quia ei⁹ nō semper sit ea dē mouēdi virt⁹/ aut ppt idipsū motum: quia mutet: virtutemq3 ad mouēs nō seruet eandē/ aut ppt vtrunq3: q̄ vtrunq3 a sua

ↄtute aliquatenus demutet.ꝛ tūc nichil ꝓhibet motum esse irregularem. Nichil autem tale circa celū euenit: sed ipsum simplex/ingenitum/incorruptibile/a sua ↄtute intrāsmutabile/semꝑ idem manēs. q̄re ꝛ multo fortius ipsū mouēs tale erit: vt simplex simplicis/ingenitū ingeniti/indeficiēs/ intransmutabile/semꝑ idem/ indeficientis/intransmutabilis/ et semper eiusdē motiuū sit. erit igitur celi latio semꝑ regularis ¶ Tertio. si motus celi esset aliqua irregularitas: aut hoc in ꝑtibus celi cōtingeret. hoc autem non. Nam iam dudum ꝑtes celi (vt astra) apparuissent maiore infuallo distantia: ꝛ aliqn̄ minore. vt que aliqn̄ segnius/aliqn̄ vero celerius moueantur. quod nunq̄ȝ compertum est. Neqȝ in toto continget ꝓpter ea que dicta sunt: et hanc adhuc rōnem. Nam vniuscuiusqȝ remissio ꝓpter impotentiā fit: oīs autē ipotentia p̄ter naturā est. vt in aīalibus senecta/ ꝛ cōsūptio ꝛ cetere. Fere enī tota aīalis cōsistentia ex talibus constat: q̄ ꝯria sunt/ꝛ que in ꝓpria regione nō sunt. In illis autē p̄mis que simplicia sunt/ꝛ imixta/semꝑ in ꝓpria regione nulla cōtrarietas: neqȝ preter naturā inuenit̄ q̄cq̄ȝ. q̄re neqȝ ipotentia. et si hoc: neqȝ totius remissio. ꝛ si nō remissio: neqȝ itidē intensio. Nā vbi intensio reperiat̄: illic quoqȝ et remissio reperiatur opȝ ¶ Quarto qꝛ aut celi motꝰ īfinito tp̄e ītēderet̄/ꝛ īfinito tp̄e remitteret̄/aut sp̄ itenderet̄ aut remitteret̄/aut alt̄natis vicibus aliqn̄ intenderet̄/ꝛ aliqn̄ remitteret̄. Non primuȝ dare poteris: vt q̄ plura faceres tp̄a eterna. Et q̄a nichil p̄ret̄ naturā infinito tp̄e durat Impotentiā aūt (a q̄ nascit̄ remissio) diximus p̄ter naturā. Et nichil natura et preter naturam: equalia ꝑdurare videmꝰ. neqȝ dabis sp̄ intēdi aut remitti sēper. quia omne quod est ex aliquo in aliquod determinatum est. Et sicut non in quocunqȝ tempore citharisare/aut a loco in aliquem determinatum locum ire possibile est: ita neqȝ quocunqȝ tempore (quantulūcunqȝ sit) possibile est celum circulationē suam explere. Quod oporteret si intenderetur semper. Et minus certe semper minuetur. Et eadem adduceretur ratio de tempore illic minimo/ istic vero maximo. Neqȝ afferes tertium interpollatim intendi et remitti. Nā id irrationabile ꝛ figmento simile est. Et tūc rationabilius id non latere sensum. quandoquidem ea iuxta seinuicem posita; sensibiliora sint quod adhuc in sensu

nime comptũ est. Celũ igit semp eqli/regularíq₃ motu agi ex his haberi potest certissimum.

Primi cap. secundi tractat⁹ note.

¶ Elidit/excutit. ¶ Plaga/collisione.

Ecũdus tractat⁹ cõtinet sex cap. Pri mũ vnã conclusionẽ vnã q̃stio nẽ ⁊ eius solutionẽ. ¶ Cõclo rõnabile est astra illius nature corporis eẽ: in quo fixa feruntur. 11

¶ Nam ⁊ id idẽ dicebãt celũ ignẽ esse putãtes: sydera ipsa vim igneã hr̃e/ igneq₃ esse. id rõni consentaneũ existimantes. vt vnũqdq₃ illoꝝ de illi⁹ corporis natura ess₃: in qno vnũqdq₃ cõspicimus existere. qd et nosipsi dicimus. Nos tñ ea ignes esse nõ cõcedim⁹: qui celũ neq₃ graue neq₃ leue/ neq₃ naturã alicui⁹ trahere elemẽti iam mõstrauerim⁹.

¶ Questio sed queres quõ calefaciãt igit ¶ Dicim⁹ suo mo tu lumẽ ⁊ calorẽ in aere cãre. Est eñ motus calefactiu⁹ igni reualens ferrum/ ligna/ ⁊ lapides. vt sagitte acumine plum bee: valido impetu in aerẽ emisse: vsq₃ adeo vim caloris cõ cipiũt vt eorum acumina liquescãt. et hoc quidẽ aer circun stans patitur. ⁊ ex ferro ⁊ lapide: motu elidit ignis: ignitur q₃ aer/ ex plaga motu cõcepta. Et vnaq̃q₃ spherarũ supiorũ circulo agitat: que licet medios celestes globos nõ calefaci at (q2 incalescere nati nõ sũt) cale facit tñ aerem. et maxime sphera in qua sol infixus cõspicit: cum motu suo ad nos ap propiquat. ⁊ ipso oriẽte ⁊ supra nos existente: magnus/ vali dusq₃ nascitur calor. 12

Secũdi cap. note.

¶ Quiescentibus/ non motis proprio/ separato/ diuersoq₃ motu.

Ecundũ cap. continet vnã conclõnẽ. ⁊ tres ratiões ad eam. ¶ Cõclo astra nõ mouent motu propo scd₃ celi circulũ. ¶ Primo q2 cũ videant ⁊ celũ et astra trãslata: vt id eueniat vtrisq₃ quiescẽtib⁹/ vtrisq₃ suis moti bus motis/ aut celo quiescente ⁊ astris motis/ aut celo moto astris vero quiescentib⁹ necesse est. At vtraq₃ quiescere im possibile est cũ terra (vt postmodũ ostendem⁹) quiescat. Nõ eñ fierẽt (qui nobis liquido constant) ortus ⁊ occasus. Neq₃ vtrisq₃ mot: vt celo suo motu ⁊ astris suo. Nam eq̃les essẽt 15

z orbium velocitates z astroruʒ inter se. hoc aũt īconueniēs deberent saltē circuli qui maiores sũt z maiores hñt magnitudines. minoribus maiores habere velocitates. Et id neqʒ natura/neqʒ casu euenire contigeret. Natura quidē nõ eueniret. qꝛ magnitudine maiora: velociora sũt. Neqʒ casu qꝛ ī iis que semꝑ fiũt: casus locũ nõ obtinet. fieret autē id semꝑ Neqʒ celo quiescēte astra mouebunt. eẽnt ei scd̃m circulos velocitates. vt que scdʒ diuisorē: veloci⁹ moueãtur. q̃ extra: tardius. Et ea esse extra orbē: aut intra mota: exulcare z ipʒ scindere oporteret: q̃ sunt īcõmoda. Relinquit igit celũ moueri z astra ifixa quiescere: atqʒ cũ suo celo ferri. Sic enim nichil accidet īcõmodi. Et sic circa idē centrũ: maiorũ circulorũ (vt rõnabile est) maiores erũt velocitates. Neqʒ celum diuelli discindiqʒ oportebit. C Scd̃o qꝛ spherarũ duo sunt apti motus: gyratio/z volutatio Atqui astra sic gyrãdo moueri impossibile est: Nã q̃ circũgyrata sũt: locũ/sitũqʒ nõ demutãt. qd̃ tñ oporteret astra scd̃m celi circulum mota. Et ꝙ sol oriens z cadēs videat nutare z q̄si in gyrũ se torquere. hoc nõ ē qꝛ gyret: sʒ nostri visus debilitas. q̄admoduʒ astra scintillare vident ob nostri visus ex distãtia sũptã debilitatē. Et planete (qꝛ prope sũt) nõ vident scintillare. Ad propin q̃ eni visus potēs intremul⁹ ipsa attigit: ad lõge aũt distantia porrect⁹: tremit. Neqʒ quidē voluũt hoc pacto astra. q̃ si voluerent: non sꝑ nob eadē sꝑficies appareret. At vero nobis sꝑ eadē sꝑficies apparet: vt in luna mac̃losa facies (Sic ei eã noiant) z qd̃ ī vno vt luna cõptũ ē: in aliis simile sese hr̃e rõnabile ē. Nõ mouet igit scd̃m celi circulũ ꝑ seipsa. C Tertio qꝛ cũ astra scd̃m celi circulũ neqʒ gyrent/neqʒ voluant: videt ipsa progredi oportere si scdʒ celi circulũ moueãt Qꝛ si ita essʒ: natura ipsis organa illi motui apta prouidisset. nõ ei aialiũ curã gerēs: hec preciosa despexissʒ corpa. Atqui n l̃la hñt ad hũc motũ organa apta: vt q̃ sint (queadmodũ z sui orbes) spherica. qui poti⁹ ingeniose natura oia eis ipsis organa abstulisse videt: vt q̃ ꝑ seipsa nõ ferant Nõ igit scdʒ celi circulũ ꝑ seipsa ferunt. Tertii cap. note.

C Harmonia/cõsonãtia C Ingereret/inferret.

Ertiũ cap. cõtinet vnã cõcl̃onē. Pythagoricoꝝ rõnē. z duas rõnes ad eã. C Cõcl̃o dictũ Pythagoricorũ circũlata corpa sonũ cãre ꝑit z harmoniã irrõ

14 t

nabile est. ¶ Inducebantur enī ad hoc asserendū. Primo qꝛ corpa apud nos minori mole/et velocitate corpibus orbiuꝫ solis ꝛ lune: edūt sonos. A fortiori igr̄ ꝛ illa ꝛ maiora et velociora corpa. ¶ Scd̄o. astra sūt in tanta multitudine/magitudine/ꝛ velocitate. Incōueniens igit̄ videt̄ ipsa moueri et non causare sonū: ꝛ nō mō sonū sed ꝛ harmoniam. Et cū sciscitabat̄ ab ipsis quō nō audimus ꝙ: Nā incōueniēs videt̄ tantos nos latere sonos. Aiunt nos latere: qꝛ nobis cōgeniti sunt/cōsuetudineq̄ʒ traximus ipsos audiēdi: ideo nos nō iudicare ipsos audire. queadmodū malleatorib⁹ accidit cū icudēdo graues sonos edāt: ob audiendi cōsuetudinē tam graues sonos nō aduertunt. Sed hāc assertionē vanā eē ondimus. ¶ Primo qꝛ si tante molis corpa sonū ederēt/ excellentia oīs nature sonos suparet/ ꝛ rebus sensibilibus violentiā maxiam ingereret. Uidem⁹ enī validos sonos vt tonitrus non mō aiantiū sensus corrūpere: sed ꝛ lapides et solidiora corpa diffindere. At tale accidens sensibilibus reb⁹ haudquaꝙ cognitū habemus. Nō igit̄ edunt sonos. nō enī solū incōueniens eēt illos non audiri: sed ꝛ sensus nichil pati/aut non corrumpi. Et natura melius rebus cōsuluit ꝙ sonos non edant. ¶ Scd̄o. q̄cunq̄ʒ sonuꝫ educūt: se vehement̄ collidunt. astra autē cum ferunt̄/se non collidūt: sed ferunt̄ orbi suo infixa. vt malus/puppis/prora: nauis ptes cum nauis in fluuio ferat̄. que sonū (imo neq̄ʒ nauis) nō educūt. impossibile enim qd̄ in lato: plagā collisioneq̄ʒ nō faciente fertur: sonare. qd̄ tñ ꝛ de naue ꝛ de eius ptibus: suis rōibus vicii concedere deberent. Non igit̄ corpa celestia et eis īfixa sydera sonū cānt ꝛ harmoniā.

Quarti cap. note.


¶ E/ in 36000 annorum suum motuꝫ complet pmo motui ɔnitens. f in 30: g in 12: h in 2: i in 1: k ꝛ l fere eodē tpis curriculo: m in 28 diebus: oēs pmo motui ɔnitētes.

q Uartum cap. continet de situ et velocitate motuuꝫ celestium vnam narrationem. ¶ Narratio. Orbes celestes ordinem adinuicem ex Astronomia cognitum habent. vt hi sunt priores/illi vero posteriores. Sunt enim hi posteriores qui prime lationi sunt distantiores. Et cum prima latio ocyssima sit et simplicissima: qui ei sunt ppinquiores velociore motu secū rapit. Remotiores ꝟo tar

15

diore. Et huic motui oēs īferiores ꝯferūt. q̄ sūt illi ꝓme la tiōi viciniores: pluri tpe. q̄ ꝟo sūt remotiores: miore ꝫ mediū medio mō. Et hoc q̄d non sine rōne. qđ Mathematici liq̄do manifestāt atq̄ pādūt. Quīti cap. note.

¶ A plene illuminationis luna. que Panselinos dr̄. ¶ B. nouiluniū. q̄ Neomenia. ¶ C/d/f/g: luna maioris semicirclo illuminatiōis: que dicit̄ Amphicircos. ¶ h/i/ medie illuminationis: que Dicotomos. ¶ k/l/m/n/ minoris semicirculo illuminationis. quā dicūt Monoidē. ¶ O sol.



q Uintum cap. continet vnam conclusionē. duas rationes ad eam ¶ Cōclusio astra sphericā sibi aptāt figurā. ¶ Primo quia diximus ea neq; nata/neq; apta progressioni. At natura nichil irrationabile neq; frustra facit. Dedit igitur ipsis molem: ad se hoc pacto mouendum ineptissimam. Hec autem est spherica: quia ad hoc organum non habeat vllum. Sunt igitur mole spherica. ¶ Secundo. vt de vno astro comperimus: et de omnibus consimile esse existimare: equm est. At vero lunam apprehendimus sphericam: et crescentem/ & decrescentem/ sinuatam: vt aliquando medio orbe illuminatam (quam Dicotomon vocāt) Aliquando medio orbe maiorem (quam vocant Amphicircon). Et cū sol eclipsim patiatur: ab ipso luna arcus abscindit. quequidem sue sphericitatis (vt in Astrologicis dictum est) sufficiens sunt argumentum. Sunt igitur & astrorum alia spherica 16

Sexti cap. note.

¶ Astra erratica/ planete septem: Saturnus/ Jupiter/ Mars Sol/ Venus/ Mercurius/ Luna. ¶ Dirigere mouere ¶ Astragali Chii/ Tessere/ Alee/ Taxilli ¶ Chios/ insula grecie a q̄ Chii sunt dicti.

s Extum cap. cōtinet duas q̄stiones. & earū solutiōes ¶ Prima questio. cur motus celestiū corporū non multiplicent̄ scd̄m distantiā a p̄mo: ita vt p̄mū vno simplicissimo/ scd̄m duobus/ tertiū tribus moueant̄ & ita deinceps Sed accidat oppositū vt scz Sol & Lune sphere paucioribus motibus agitent̄: q̄ aliq̄ aliorum superiorum erraticorum astrorum. Visa ē eni luna Dicotoma aliq̄n ex parte sui obscura: Martis occultasse astrū: & ex alia p̄te lucida emersisse. & de aliis astris Egyptii & babilonii idē obseruarūt. q̄ circa hec deprehēdēda olim puigilem curā adhibuerūt: & multā de astris traditōes reliquerunt. quod est eam ipsam ceterorū esse infimā indicium ¶ Scd̄a questio. p̄pter q̄d in p̄ma latione est tāta sydeorum multitudo: vt ne Arithmetici quidem supputare possint. In inferioribus aūt vnū singulare: vt duo aut tria in eodē nō repertas infixa. Et certe has q̄stiones mouisse (q̄s merito difficiles putabūt oīs) et de ipsis pauca differere: nō temeritati & audacie sed verecūdie potius & modestie dicētis (q̄ id ob Philosophiam facit) reputandum est/ tametsi puas de magnis dubitatōibus adducat sufficiētias. et has q̄stiones mouere 17 18

ad maiorem faciet intelligentiã: et nichil contẽplãtibus oberit puas habẽtib⁹ causas ¶ Prime solutio. Aialiũ q̃dam perfecta potiuntur sanitate sine motu vllo et aliqua agitatione. Alia vno motu eam assequuntur vt ambulatione. Alia pluribus vt ambulatione/lucta/et palestra. Quedã vero eã neutiq̃ assequi valẽt vnq̃. Ita et corpa hec de quib⁹ inquirimus (q̃uis inaĩa sint) ea tamẽ vt vita et actione pticipantia itelligam⁹. dicim⁹ igitur q̄ optie se h3 vita viuens sempitna: nullo egẽs aut motu aut mutatione/et alioꝝ finis. et post ipsũ: qd vitã illam vno motu cõsequitur. vt qd est illi proximum. deinde alia q̃ duob⁹ et alia q̃ trib⁹ Et sũt aliq̃ que hãc ãplius neq̃unt assequi vitã: sed quãto optio fini sũt propiquiora: tãto ipsis reb⁹ meli⁹ est. Hac de cã t̃ra nõ mouetur. vt q̃ sit remotissima: neq3 vitã/neq3 opatione ãgẽs. Alia post ipsã mouẽtur quidẽ paucis motib⁹: vitã illã nõ attingẽtia Alia vero mouẽtur plurib⁹ motib⁹: et vitã illã sortita: sempitnitatẽ ducũt. Primũ vero corpoꝝ vno motu eã assequitur: vt oĩm facillime corpoꝝ. qd ei vno vitã illã cõsequitur: facilius. Qd duob⁹ eget vt cõseq̃tur: difficile. Et qd tribus aut plurib⁹: difficili⁹ assequi videtur. Et ex aĩalib⁹ et plantis hãc q̃stionẽ quodãmõ euoluere potes. difficilius eĩ et multa/ et multotiens: paucioribus dirigere. vtputa decies mille Astragalos Chios iacere difficile: duos aũt aut tres facile. ¶ Secũde. Prima latio rõnabiliter hac astroꝝ multitudine decorata est. Primo quia prima et vt aliis vite pncipiũ: excellẽtiã ad alias retinẽs. Scdo q2 alie latiões (in quib⁹ vnũ figit astrũ) illã excedũt in motib⁹: et ipsa illas astroꝝ multitudine superat. Tertio q2 mouet oẽs inferiores. iõ infixa sydera tenet: quo magis illis diuersas influat virtutes. Hec et similia de questione adduci possunt, que an ita sint: consyderationibus Astrologicis relinq̃ẽda sunt.

Primi cap. tertii tractatus note.

¶ Antichthona c t aspirat/ĩtrapositã t̃rã Chthon ei Chthonos t̃rã greci nominãt. Inde Põpon⁹ Antipodas Antichthones vocat ¶ Mediũ magnitudis/qd eq̃distat ab extreis ¶ Mediũ v̄tut̃/qd natura et dignitate antecedit. ¶ Mediũ v̄tutis/nature pfectione ¶ Tympanilis figura est/que tympani simulidinẽ expꝛĩt ¶ Crassitudo/profunditas ¶ Chrix

Thricos/capillus.grecum est.

Sextus Tractatus continet duo cap. pmum duodecim antiquorꝫ de situ/motu/figura/et quiete terre opiniones. Rationum secunde et septime dissolutionem/ nostre tribus rationibus improbationem. vndecie quinqꝫ.et duodecime quinqꝫ ¶ De situ motu figura ⁊ quie
te terre duodecim opiniones. ¶ Prima est ponentium mū 19
dum esse finitum:et terram esse in medio sitam. ¶ Secūda 20
est quorundā(qui circa Italiam se Pythagoricos appellabant)dicentium terram non esse in medio sed ignem.terraꝫ vero esse vnum astrorū circularit motū:suo motu noctem ⁊ diem efficiēs.Cui sit altera opposita terra:quā Antichthona vocant.et apparentia non curant. Ut ignis sit in medio his inducebant rationibus. Prima nobiliori corpori debet nobilior locus.ignis autem terra nobilior est.ipsi igit debetur nobilior locus. At medius locus extremis nobilior est. Est igit ignis in medio.Scda pncipalissimū corporꝫ maxie decet conseruari.ignis autem pncipalissimus est decet igit ipsum maxime conseruari. Cōseruabit autem optime ī medio.est igit ignis in medio.Et hinc fit vt ignem vocēt carcerem Iouis:ꝙ in medio vndiqꝫ circunclusus/circūseptusqꝫ existat.Sed fallunt Pythagorici idem credentes medium magnitudinis et nature.vt statim compertum habemus in aīalibus:non esse idem animalis magnitudinis medium et virtutis.Sed mediū mundi natura ⁊ vtute:est potius circa celum ꝙ̄ in centro.⁊ illic est ignis ⁊ illic maxime conseruat Et tra in centro(qd magis vltimo assimilat ꝙ̄ pncipio)illic continetur.⁊ finit a circunstantibus. Cōtinēs autē ⁊ finiēs honorabilius contento et finito. Est enim continens et finiens vt forma:contentum vero ⁊ finitum vt potentia
¶ Tertia est dicentiū quandā terrā esse in medio ⁊ ferri cir 21
ca mediuꝫ:⁊ esse aliā terrā ex opposito(quā etiā Antichthona dicunt)que circa mediū fertur ¶ Quarta est dicētiū plu 22
res esse terras:hanc in centro/illā toto hemisphario distantē Cum qua pariter circa medium plurima circunferunt corpora:ꝙ ppter ipsā a nobis nō pcipiunt. Et hinc nobis totiens apparere lune defectus ⁊ decremēta ¶ Quīta ē asseren 23
tiū ēē vnā terrā:⁊ cōtinue circa statutū ⁊ īmobilē polū circū

24 ferri. Et hec scripta est in Timeo. ¶ Sexta est dicentiũ trã
25 eẽ sphericã. ¶ Septima est eã dicẽtiũ figura Tympanilem:
argumẽto vsi q in oriẽte et occidẽte videt solis abscidere por
tiones scdm rectã. Scdo qr hec figura aptior est ad quietẽ
Sed fallũt. Hoc eĩ nõ id est qr Tympanilis aut lata existat
q videant portiones scdꝫ rectã abscindi: sꝫ hec faciũt videri
distantia et circulorũ magnitudines. Pars eĩ circuli a lõge
visa etiã pui: recta apparet. Et magni circuli pre magna cur
26 uatura apparet et recta. ¶ Octaua est Aristophanis Colo-
phonii putãtis terrã quiescere et manere imobilẽ: q deorsuꝫ
crassitudinis sit ĩfinite. Ingerebat eĩ hoc solutionis difficul
tatẽ. q si parũ terre sustollat non vult manere: sꝫ se deorsum
pcipitat et demergit. et si mai⁹: velocius: qre fortius et tota:
nisi profunditate ĩfinita vt base (ne rueret) defenderet. Sed
hoc dicto Empedocles attonit⁹: qui hec asserunt increpat:
tãq vana locutos: et de vniuersa natura paruꝫ cognoscẽtes.
27 ¶ Nona est Thaletis Milesii ponẽtis terram quiescere: qr
sub aqua natet. quemadmodum lignum super aquaꝫ aut ali
quid simile non descendit: sed stat ita aque: terre casum pro
hibent. ¶ Sed id irrõnabiliter dictum. Primo qr eandẽ re-
linquit difficultatem a quo sustineat aqua. ¶ Secũdo quia
quanto aqua aere leuior: tanto terra grauior est aqua. Non
igitur aqua defendit terre casum: vt neqꝫ aer casum aque
¶ Tertio quia videmus puam terram per aquam cadere:
et quanto maior tanto velocior. non igitur prohibet toti⁹ ter-
re casum. Inquirebant enim vsqꝫ ad aliquid sed insufficien
ter. Omnibus enim nobis hoc consuetum et cõmune est hac
tenus de aliquo inquirere: quousqꝫ contradictionibus iis:
que aduersariis videntur satisfactio fiat: et non quantũ du-
bitati natura requirit. At vero bene inquirentem non hoc mõ
curare oportet: sed ex propriis in rei quesite venire deprehẽ
28 sionem. ¶ Decima est Anaximenis Anaxagore et Democri
ti dicentium terre latitudine terram a precipitio tutam esse.
Pmo qr eius latitudo ipsã: aerẽ diuidere nõ pmittat Scdo
hac de cã validẽ ventis obsistit. Tercio qr nõhꝫ aer locum
vbi cadere possit. vñ fit vt trã cadere non possit. qadmodũ
neqꝫ aer ĩ Clepsydris. Sꝫ si he rõnes valerẽt ppt eãdẽ cau
sã ipsa exñte spherica maneret: qd postea slꝫ eẽ ostendetur

¶ Undecima est Empedoclis quietis terre causaȝ assignā 29
tis velocem celi circungyrationem: vtque motum terre ꝓ
hibet. queādmodum aque in vase velocissime in aere circū
gyrato: ea cita gyratione defenditur effusio. Sed hec asser=
tio inualida est. ¶ Primo quia querendum est ab eo an ter
re sit aliquis motus: et si sit aliquis: an naturalis aut violē
tus. Si non est naturalis: neqȝ erit violētus vllus. Et si ne
qȝ vi neqȝ natura motum ei assignauerit: omnino non moue
bitur quare neqȝ quiescet. Hec prius cognita sunt. Et si di
cit natura fertur ad medium: neqȝ motus neqȝ quies violē
ta erunt. Quare circungyratio ponenda non est: vt illic qui
escat. Ut enim motus naturalis et motus violentus: ita qui
es naturalis atqȝ violenta est. Et si circungyratione ad me
dium venerit: et illic violente quiescet. Sed vbi natura qui=
escet? ¶ Secundo. Quia si vi feratur et quiescat in medio:
aliquo alio natura feratur et quiescat necesse est. aut igitur
hoc erit sursum aut deorsum aut vbicunqȝ alibi. Si sursū
vt aer supra nos existens non prohibȝ lationem sursū: neqȝ
ꝓhibebit aer qui subter est: eam que deorsuȝ est: quo minus
feratur. Eorundem enim et consimilium eedem et consimi
les sunt cause. ¶ Tertio. Dicat Empedocles. Priusq̃ lis
dissociasset elementa: quomodo terra quiescebat? Non eniȝ
tunc erat circungyratio aliqua. Causa igitur quietis terre
vniuersalis assignari non potest velox citaqȝ circungyratio
¶ Quarto q̄a ptes terre feruntur ad medium ⁊ omnia gra
uia ad terram: cuius causam assignare non possis circungy
rationem ¶ Quinto. Ignis fertur sursum natura ⁊ non ꝓ
pter gyrationem: igitur et terra consimiliter deorsum. Non
enim dicere possis gyratum graue ⁊ leue determinare. Sȝ
hec natura determinata sunt: vt hoc sursum euolet/ illud ad
in imum conetur. Non igitur terra ꝑmanet immota ob velo
cem (vt vult Empedocles) celi gyrationem. ¶ Duodeci= 30
ma est Anaximandri terram quiescere perhibentis. Quia
equaliter secundum sui ambitum se ad extrema habeat: q̄re
vt eque librata non plus ad hanc potius q̄ȝ ad illam eā fer=
ri contingit. Unde hac de causa quiescit. Sed ꝙ id non verū
sit (quāuis suasibilitatē aliquam habeat) deprehenditur.
¶ Primo quia sua ratione quicquid in medio locaret̄ qui
esceret. Ignis igitur in medio quiesceret. quod falsum est.

¶ Secundo Terra non modo quiescit in medio: sed & fert ad medium. Nam vbicunq; feratur terre particula: et illic totam terram nataz ferri necesse est. Et quicquid natura locus partis est: & totius natura idem erit. non igit quiescit ꝓpter extremorum equidistantiam. ¶ Tertio inconueniens ē querere cur terra immota maneat: et non cur ignis in summo. qui si illic natura stet: et eodem iure t̄ra stabit in medio Conuenit enim vtiq; et ei aliquis natura locus ¶ Quarto. Simile est dicere terram in medio quiescere ꝓpter similitudinis necessitatem: ac si dixeris quod eque vbiq; extensum fuerit (vt de capillo (quem Thrica Greci nominā̄t) dicit̄) frāgi/dissolutiq; nō posse. & vehement̄ esuriētē et tm̄dē siticulosum a cibo & potu equidistantem: fame & siti interitum ire. ¶ Quito. Irrōnabile est inquirere quiet̄ terre cām in imo: et mentionem nullā de motu eius in imum facere: an vi/an natura fiat: quod facit Anaximander. Deꝑhendendo enim causam cur ignis sursum & quō sustollatur: ꝓtinus cur sursum quiescat cognoscit̄ causa. Ita & deꝑhensa causa cur et quomō terra demergitur in imum: pariter causa sue quiet̄ in imo deprehensa est. Et ratio sua de similitudine inualida est: vt de igne/eq̄liter tenso/esuriente/& sitiēte refellere ꝓmptum est. Et sicut ignis si esset in medio consimilit̄ ad extrema se habens: euolaret ad summum. Non forte totū ad vnā partem: sed partes ad magis ꝓportionatas partes. vt quarta vna huc/altera illuc. Sic & de terra esset & a loco illo ꝓpt̄ similitudinis rationem potius (quēadmodum & ignis) emoueretur: nisi eius locus esset & ī eo natura quiesceret. Et licet id verum sit ipsam ad extrema consimiliter sese habere: non tamen verum est eam hac de causa in medio quiescere: sed hoc accidit.

Secundi cap. note.


¶ Totius medium/medium mundi. ¶ Medium/centrum. ¶ Anguli pares/anguli recti. ¶ Regula/spacium ad motū regulandum/semperq; eodem tramite trahēdum erectum. ¶ Corpore circa aliquam lineam moto: ea linea axis dicit̄ et eius extrema puncta: poli ¶ Sphericum/rotundum/orbiculare/globosum. ¶ Arctus vrsa maior/stelle circa polum nostrū que dicuntur esse in plaustro ¶ Egyptus/& Cyprus regiones ad meridiem. ¶ Horizon/est circulus diuidens p

tem celsissam a novissa ❡ Horizon finitor inťpretat. ❡ My
rine decē milia. Myrine/myrias idē. ❡ A polus Arcticꝰ. b
polus Antarcticꝰ. c b Horizon habitātiū in k: vt in Egypto
aut Cypro. d g Horizon habitātiū in i ad Arcton. e f circu-
lus meridiei eq̄tor. l arctos stelle in plaustro arctico. m stel-
le in plaustro antarctico. o p stelle semꝑ occulte habitātibꝰ
in i. q r stelle semꝑ occulte habitantibus in k. i k diuersa pū
cta habitātiū in terra. Totꝰ ꝑuus circulꝰ: terra.

Ecūdū cap. cōtinet tres cōclōnes. q̄ttuor rōnes ad
f ꝑmā. duas ad scdam. ⁊ quatuor ad tertiā ❡ Prima 13
Terra in medio nō circulariter mouet: circa polū
vnū reuoluta ❡ Primo q2 aut id natura eēt aut violēte. Nō
natura. q2 idem est totiꝰ ⁊ particularū motꝰ: partes aūt oēs
ad mediū recta ferunt. Neq3 quidē violente. nā nullū violen
tū perpetuū: mundi autē ordo sempiternꝰ est ❡ Secundo q2
oīa circulariter mota intra primā lationē pluribus mouent
motibus: moueretur igit ⁊ terra pluribus. qd̄ si ita eēt: astro
rum fixorum nobis fierent diuersiones. neq3 nobis semper
secundum idē oriri (queadmodū semper euenit) apparerēt
❡ Tertio quia latio partiū ⁊ totiꝰ terre: naturaliter ē ad to
tius mediū. nō igit circūfertur in medio. nam simplicis cor
poris vnus debet esse motus natura simplex. Et si queras.
q̄n terra est in medio ⁊ idem fuerit eius centrū ⁊ totiꝰ cētrū
An partes terre et grauia alia ferantur ad medium: q2 terre
aut quia totius: hoc est quia totius: et quia terre per acci-
dens. Accidit enim idem et totius et terre esse medium. Et
ꝙ moueantur ad medium signum est: quia grauia ꝓcumbūt
semper ad angulos pares. tendunt igitur ad vnum centrum
omnia. ❡ Quarto experientia cognitum est graue sursū se-
cundum regulam proiectum: semper secundum regulam re
cidere: quātacūq3 vi ⁊ quotienscunq3 id factum fuerit. non
igitur terra circulariter mota est. ❡ Scda terra quiescit in 52
medio. ❡ Primo q2 vt ignis ex omni parte euolat a medio
ad extremum: ita ex omni parte (si extra posita fuerit) terra
fertur ad medium. et nunꝗ a medio nisi vi pultrice pars ali
qua q̄tulacunq3 moueretur: quare tanto minus et tota ter-
ra. quiescit igitur natura in medio. corporis enim simplicis
tantum vnus est secundum naturam motus. et motus a me
dio et ad medium contrarii sunt. ❡ Secundo Mathematici

Astronomici volentes astrorum motum et situm iudicare: ponunt terram in medio quiescere. quiescit igitur terra in me
33 dio. ¶ Tertia terra sphcrica est. ¶ Primo. Quia quelibet pars terre grauitate sua tendit ad medium. et que maior est in decliue descendit aut minorem pellit: quousqz equata tumorem relinquat. atqz omnes a medio equidistent. hoc autem est figuram habere sphericam. Et hoc idez quidā Physiologorum asseruerunt: sed terram ad mediū violentia ferri: nos vero natura. Dixerunt enim ex omni extremorum parte et equaliter: partes terre in medium latas. Sed dubitant Si posita sit tra in medio que in eiusvnius hemisphcrii medietate duplam retineat grauitatez: an illa terra mouebitur a medio fiatqz centrum eius alterum: et totius centrū: nos vero dicimus terram vsqzadeo natam moueri: quousqz cētrum eius cum centro totius simul sit et nō amplius. Neqz oportere quamlibet ptem cētrū attingere. Quoquidē fit aut minoribus partibus a maioribus pulsis: aut terra (vt aiūt) genita / et ex omni extremorum parte partibus in medium latis: sitqz facta terra et figuram sphericam retinens ¶ Secundo omnia grauia ad angulos pares / sphcrales / et nō iuxta seinuicem et equidistantes lineas procumbunt. Igitur nata sunt corpus efficere sphericum. Est igitur terra spherica aut natura sph erica. nos enim hic talem terram probare intendimus qualis suapte natura existeret: et non qualis vi et pret naturā existat. ¶ Tertio luna eclipsat semp vt ex globo recipiēs secantem lineam: quequidem eclipsis fit terra soli et lune interueniente media. Est igit signum terram (quia sit spherica) illius apparentie esse causam.

Sequitur figura.



¶ Quarto qꝛ ꝓcedētibus nobis parum ab arcto ad meridi
em:fit nobis nouus circulus horizon.ꝛ stelle nobis appare
re incipiunt:que semꝑ occultant ad Arcton.vt in Egypto ꝛ
Cypro semꝑ apparēt stelle:q̄ in Arcticis regionib⁹ sempit=
ne occultatiōis existunt.ꝛ ecōtra in Arcticis:q̄ semꝑ in egy
to aut Cypro lateant.id igit signum non modo terram esse
sphericam:sed relatione ad astra facta:esse ꝑuam.Si enim
magne/notabilisq3 molis existeret: non statim nobis pau=
lulum translatis fierent he occultationes/et noue astrorum
visiones.Et q̄ sit exigue molis sentiunt:qui dicunt ad Co=
lumnas vsq3 herculeas sese porrigere mare indicum:int ori
entem solem/solemq3 occiduum interceptum.ꝛ illic vt apd
indos gigni Elephantes :q̄ loca hec vt vicinitatis affinia : cō
similem participant naturam.Testantur itidem Mathema
tici terre magnitudinē ratiocinatione perquirentes: cui am

bitum ascribunt quadraginta stadiorum Myriadas: astris vero maiorem. Unde fit eorum assensu non solum terrā eē sphericam: sed ad astra comparatione sumpta: modiculam esse. Sed de his hactenus.

Secundi de celo et mundo Aristotelis finis.

Tabula tertii De celo et mundo

Divisio eorum que sunt scdm naturam. 1
Plurimā nature determinatōem circa corpora et magnitudines versari. 2
Que sit Parmenidis et Melissi de generatione et corruptione opinio. 3
Que Hesiodi. 4
Tertia eiusdem rei. 5
Que Heracliti Ephesii. 6
Quinta item eiusdem rei. 7
Corpus ex superficiebus cōflatū non abire. 8
Qd simpliciū corporū aliquis sit natura motus. 9
Sententiā Democriti et Leucippi q corpora in vacuo et in infinito moueant: minime esse approbandā. 10
Timei assertionē elemēta ipsa sese iordinate agitasse: priusq mundi opifex mundū cōdidisset: stare non posse. 11
Qd Anaxagoras belle excogitasse videat: mundū ex imobilibus primum inchoatum fuisse. 12
Qui ex segregatis motum admittunt: generatōem nō inuenire rationabilem. 13
Cur Empedocles celū ipsū segregatōe gigni noluerit. 14
Quicqd sursū aut deorsū mobile sit: aut leue aut gue eē. 15
Qd aliquis motus natura/quidā aliqs violentus existat. 16
Cur violente agitatū: principe mouente non assequente/se-

parato/abiũctoq3:ferat? 17
Nullo exñte medio corpore:nullum vi/nullumq3 natura pro creari motum 18
Quibus corporib9 conueniat gñatio? 19
Quid/quot & qlia sint elementa? 20
Utrũ elemẽtũ:spẽ sit idiuisibile? 21
Anaxagore dictũ:ifinita elemẽta Homiomera esse: minime esse recipiendum 22
Democritũ Abderitem haud recte sensisse primas magnitudines multitudine ifinitas esse: magnitudine idiuisibiles quaꝝ cõplicatione/cõfusioneq3:oia gignant 23
Quatuor de elemẽtoꝝ numero: antiquoꝝ opiones 24
Q; ab antiquis pperam asserat:mediũ aeris & aque ceteris esse elementum 25
Ponẽtes ignẽ oim eẽ pricipiũ:i mlta icidere icõmoda 26
Plura & finita esse elementa 27
Elemẽta:sempiterna esse nõ posse 28
Q; nõ sit existimandũ vnũ eẽ cõe corp9:ex quo quatuor elemẽta gignant:& in qd ipsa resoluant 29
Q; mod9 quo Democrit9 & Empedocles gñatione elemẽtorũ ex seinuicẽ saluare nitunt:irrõnabilis sit 30
Elemẽta ex seiuicẽ transfiguratione nõ fieri 31
Q; supficieꝝ resolutiõe:elemẽta ex seiuicẽ nõ gignant 32
Irrõnabiliter antiquos:elemẽtis figuras adaptasse 33
Q; figure elementis ob ipsoꝝ motus/affectionesq3: non sint asciscende. 34

Primi cap. primi tractatus tertii de celo et mundo note.

¶ Grauius primo/magis graue. Scdo/min9 leue. ¶ Itidẽ leuius primo/magis leue. Scdo/min9 graue. queadmodum maius dicim9 magis magnũ: et maius/minus paruum.

Sextius liber De celo et mundo Aristotelis tres continet tractatus Primus tria cap.

Primū vnam diuisionem. vnū correlariū quinq3 antiquoꝝ opiniones. vnā cōclusionem et nouē rōnes ad ipsā. ¶ Diuisio. Ex-
1 pedita de primo simplici corpe determinatione: vt de celo/ipsiq3 affixis et in eo latis syderibus/cuius nature sint et qualia: ꝙq3 ingenita sint atq3 incorruptibilia: nosse op3 eoꝝ que secundū naturā sūt: hec esse substantias. vt simplicia: celum/ignis/aer/aqua/terra/ eoꝝ partes et quecunq3 ex ipsis constant. vt animalia/plante et metalla. Hec opationes. vt predictoꝝ motus: generationes/ corruptōes/ auctiones/diminutiones/alteratōes et secundū eoꝝ naturā/ ꝓpriāq3 virtutem lationes. Hec autem passiones quedam.
2 vt predicta: et eorum apte quātitates/affectionesq3. ¶ Correlarium. Quo fit vt nature plurima determinatio circa corpora atq3 magnitudines versetur. Nam omnis naturalis substantia aut corpus est: aut non sine corpore/ magnitudineue gigni contingit. Ut contemplanti determinationē quā exegimus de natura: ꝙ manifestissimum esse potest. Et quia de celo satis expeditum putamus: quale natura sit/ꝙ ingenitum sit atq3 incorruptibile: nunc ad reliquorum duorum generum: grauis scilicet atq3 leuis determinationem explēdam: nos cōuertamus. Et pariter an generatio et corruptio ipsis competant Et profecto aut nichil est generatio aut solum ipsis et que ex ipsis contemperata sunt: congruere pōt.
3 Sed quid senserint antiqui nunc videamus. ¶ Quinq3 antiquoꝝ opiniones. ¶ Prima est Parmenidis et Melissi generationem et corruptionem esse negantiū Neq3 enim ꝗcꝗ gigni/quicꝗue corrumpi posse putabant. sed duntaxat nobis ita videri. Nonnulla enim preclare asserebant: esse scilicet quedam entia ingenita/incorruptibilia atq3 immobilia: a quibus (ꝙ sensibilia esse putabant) ad hec caduca se conuertentes: consimilia de ipsis asserebant. Sed hec: Physica contemplatione non moliebantur. Contemplari

es an eiusmodi nature sint entia: imortalitatis sorte potita: superioris Phie ē:ꝛ primi atq3 supremi Philosophi. ¶ Secūda ē huic prime cōtraria: oia genita eē atq3 corruptibilia nichilq3 oino igenitū ꝛ nichil iterit⁹/obitusq3 imūe semper manere: s3 aliqñ casurū. qd̄ sēsisse videt Hesiod⁹ et q̄ sue appropiquāt sētētie. 4
¶ Tertia ē dicētiū oia genita eē: s3 genitorū nōnulla incorruptibilia manere. 5
¶ Quarta est Heraclit Ephesii oia continuo fluxu rapi. dicentis nichil fixū/ nichil iuge ꝑmanēsq3 manere: pret vnū q̄ddā (id ei ignē eē aiebat) ex quo oia fierēt/ gignerentq3. 6
¶ Quita ē astruētiū oē corp⁹ gñabile/ dissolubileq3 eē. Gñabile q̄dē ex superficiebus atq3 i superficies resolubile. 7
¶ Cōclo. Corp⁹ ex superficieb⁹ cōpositū abire nō potest. 8
¶ Prio q2 q̄ id asserūt plurima iis (que in disciplinis cōꝑta sūt) cōtraria dicūt. Aut igit a ꝓposito resipiscāt: aut fortiorib⁹ ꝛ valētiorib⁹ rōnib⁹ (q̄les nō sūt sue ibeciles suasiūcule) qd̄ moliunt efficiāt. ¶ Scd̄o idem subit iudiciū corpa ex superficieb⁹ cōpingi ꝛ superficiē ex lineis ꝛ linea3 ex punctis abire cōflatā. Atq̄ pri⁹ in iis q̄ sūt de motu: demōstratū est: id esse nō posse/ nullāq3 magnitudinē ex idiuiduis ꝛ insecabilibus cōflari posse. Igit neq3 corpa ex superficieb⁹ cōflabunt. ¶ Tertio si corpa ex superficieb⁹: ꝛ linee ex insecabilib⁹ lineis cōponerent: ipossibilia seqūt. Ponit eni Mathematicus magnitudinē in ifinitū ꝑtitione decrescere: nullā aūt appōne in ifinitū augeri. mō oppositū i natura eueniret. In ifinitū ei (q2 decūberet ad mīma) decrescere nō poss3 Addi aūt sp aliq̄d posset. ¶ Quarto mlta sūt in natura: que i idiuisibili subsistere neqūt vt passiōes. Sūt ei diuisibiles dupl'r vnomō scd̄m spēm. vt color i albedinē atq3 nigriciā. Altero vero scd̄m accidēs. vt q2 ei qd̄ diuidi possit inexistant. Non itaq3 linea ex punctis/ superficies ex lineis/ et corpus ex superficiebus abibit compositum. Et q2 passiones ille in indiuisibili non subsistant: vt exempli causa grauitas et leuitas: amplius ostendo. Primo. Nam quicquid est graue: grauius aliquo esse necesse est. et quicquid leue: aliquo leuius. non tamen contra (vt vti cōsueuer unt vocabulis) eē op3 vt quicquid grauius: graue sit. et quicq̄d leui⁹: leue. Ut neq3 quicquid maius est: simpliciter magnū esse oportet. Sunt ei multa simpliciter ꝑua: que aliis vt suis ꝑtibus maiora dicūtur. S3 hanc significationem (si gratum est) missam faciam⁹.

Sitq3 quicquid grauius est: grauitate graue. ipsum siquidez diuisibile est in excessum & id quo excedit. Si igitur punctũ graue esset et ipsum diuideret. Hoc autem impossibile. Et si punctum nullum graue sit: neq3 linea ex solis coalita & cõ flata punctis. Et si non linea: neq3 ex lineis digesta supfici es. Et si non superficies: ita quoq3 neq3 ex superficieb⁹ co alitum/constitutũq3 corpus. Qui eniz fieri possit vt totũ gra ue sit: cuius ptium nulla grauitatis sit particeps? Secundo omne graue densum est: et omne leue rarum. Densum autez a raro differt q sub equali mole plus habeat potentie. quod autem tale est: euadit diuisibile. Si itaq3 punctum grauesit/ aut leue: abibit diuisibile. quod impossibile est. Tertio. õne graue: molle est aut durũ. Molle autẽ est qd est in seipso ce dens. qd autẽ in seipso cedit diuisibile est. Ita si pũctũ mol le est diuisibile est. et ita si durum est. Nam durum et molle opposita sunt et que circa idez fieri nata sunt. Quarto quia grauitas nõ euadit ex non habentibus grauitatem: qd tamẽ contingeret. Sed quomõ determinabũt: ex quot grauitatuz exptib⁹ consurgat grauitas? et consurgere nequeat? Enĩue ro ipsi svel fingere volentibus: promptum non sit. C Quito in eodem graui: qd ex pluribus constat: grauius est. hoc et ipsi admittunt. qd autem graui grauius est: ipsum graue esse necesse est. queãdmodum qd albo albius est: et ipsum albuz esse oportet. Maius igitur vno puncto (q pluribus constet) consimilis grauis: grauius esse necesse est. Dẽpto igit equali graui: qui superest punctus grauitatem habebit. Non enim graui: grauius existebat nisi grauitatis excessu. hoc autẽ mõ ostensum est esse non posse. C Sexto Si corpora conflaren tur ex superficiebus (vt aiũt) et superficies ex lineis: linea li nee componeretur secundum longitudinem et secundum la titudinem apposita. cur itaq3 non componatur supposita? Nulla potior ratio videbitur. Q si ita fuerit: dabitur corp⁹ quod ex superficiebus (quas ponunt elementa) non confla- bitur. vt esto a linea que longa est: cui cõpono lineam c se- cundum latitudinem erit itaq3 a c longum et latum. et linee a compono lineam b ei supponendo: que ideo cum a videt facere profundum. Erit igitur a c b longnm latum et pfũd q̃re corp⁹, nõ tamen ex superficiebus conflatum C Septimo Timeus: superficierum multitudine corpora grauiora de-

minat. Sed qua pportione corpa ad superficies respondēt: eadem superficies ad lineas: et linee ad puncta. Quare pari pporti one: hec grauitatē habere continget. Et si ita esse non poneret: sed grauitatem in terra: leuitatem vero in igne difficultas vrget: hanc superficierum grauem esse ꝛ illaꝫ leuem que consimilia ponit elementa. ¶ Octauo. Nullā magnitudinem continget esse diuisibilem: aut futurum est omnia esse puncta. Qua enim ratione in hec diuides: illa iterū diduces: quousqꝫ ad superficies deuentum sit. Et superficies eodē iure abibunt in lineas: et linee in puncta tandem consummabūtur: et omnia: puncta erunt. ¶ Nono vt est de magnitudine ita quoqꝫ de tempore euenire: par/consentaneumqꝫ est. Si itaqꝫ magnitudo aliquando abitura est in puncta et non magnitudines: et tempus in nunc et non tempora resolubile est. Id profecto esse non potest. Et eadem incommoda nonnullos aliorum Pythagoricorum sequntur: qui celum et naturalia corpora ex numeris constituunt. Habent enim nature corpora grauitatem ꝛ leuitatem: vnitates autem adinuicem composite: neqꝫ corpus efficere posse: neqꝫ grauitatē/leuitatēue vllā habere vident.

Secundi cap. note.

¶ Motus/motus secundum locum. ¶ Manere/quiescere. ¶ Vis/violentia. ¶ Supponimus potentiam continue eandem manere: ꝛ q̄tocunqꝫ spacio mouere: et resistentiam vtcunqꝫ placet eidem assignari posse.

S Ecundum cap. continet quinqꝫ conclusiones. tres rationes: et vnum correlarium ad primam. tres rationes et vnum correlarium ad secundam. vnū correlarium ad tertiam. duas rationes ad quartam. ꝛ duo correlaria ad quintam. ¶ Prima conclusio. Simplicium corporum: aliquem natura motum esse necesse est ¶ Primo. qꝛ quecunqꝫ mouentur: motum proprium et secundum naturam: aut vi/preterqꝫ naturam (quod idem est) habere necesse est. Simplicia autem corpora: mota conspiciuntur. Habent itaqꝫ motum aut natura aut preter naturam. Atqui si cōfitebere ipsa: motum preter naturā habere: ꝛ eadē secūdū naturā aliquē habebunt: vtpote qui prior/vnus/ et simplex existat: preter naturam autem posterior et multi. Vnumquodqꝫ enim: etiam multos preter naturaꝫ sustinet: secūdū 9

na turā autē vnū solū. ¶ Scdo qcqd qescit: aut vi aut natura qescat opz. Et vbi vnūqdqz vi qescit: ⁊ vi quoqz fert in illud vbi aūt natura: itidē ⁊ natura fert in illud. Videt aūt in medio: aliqd natura manere. Natura igit fert ad mediū. Si autē qcqz vi qeuerit. ipsū phibet aliqd illinc emicare: inqz suū locū sese ptin⁹ restituere. ¶ Tertio si qescētia rimaberis: aut tādē ad vnū natura qescēs decūbes aut in ifinitū pgredieris Qd ei pret naturā ē: ad aliqd scdm naturā reducere oportet Sz esto dicas cū Empedocle: trā rapida celi vtigine/ velocissimaqz illa circūgyratiōe vi qdā sustineri atqz qescere. q aliq moueri nata ē. Cessāte ei circūgyratiōe (a q coacte fulcit/ sustētatqz) moueret. ⁊ nō in ifinitū. Nichil ei ipossibile: fieri natū ē. Infinitū aūt transilire spaciū: ipossibile ē. Est igr nata alicubi tandē natura manere. Ad illū igit locū qsqs sit: naturalē motū hz Nā (vt dictū ē) vbicūqz qcqz natura qescit: ⁊ in idē natura ferri cōtigit. ¶ Correlariū. Quaproter
10 mime Democriti ⁊ Leucippi sētētia pbanda est: corpa moueri in vacuo: parit ⁊ moueri in ifinito. Nam id docere debuerūt: quisnā ipsoz in vacuo ⁊ in ifinito mot⁹/ quis secūdū naturā/ ⁊ quis preter naturā. Si ei vt aiūt alter ab altero violētia pellit: ipsis alter motū natura conuenire necesse est. et primū mouentē nō vi mouere (mouet ei sempiterne) ⁊ primū motū nō preter naturā eē. Est ei sempitern⁹. Et si nō primū mouēs scdm naturā dederit: violētia mouētiū series: vt nullibi tādē casura: ifinita pcedet ¶ Scda neqz stare potest Ti-
11 mei sētētia: elemēta ipsa sese iordinate agitasse: priusqz mundi opifex mūdū ipsū cōdidisset. ¶ Prio qz aut is iordinat⁹ mot⁹: naturalis erat: aut iiuria/ preterqz naturam factus Si naturalis: mundus igitur erat anteqz conditus fuisset. tunc enim primum mouens natura mouisset. et grauia: ad mediū depressa fuissent. et leuia: a medio emicassent: que mūdi iam facti ordinatio est. fuisset itaqz mundus. Liceret et querere: an in illa motus inordinatione: potuissent ne in talem mixtionem/ contemperantiamqz incidere: qualia videmus nunc corpora facta vt ossa/ carnes/ et neruos adinuicem compingi. Quemadmodum canit Empedocles: cum multa capita sine ceruice et sine corporeo trunco iacerent: amicitia factum fuisse. si ita fateantur: et animalia et plante illic erunt. quare mundi ordinatio: aut hec: vniuersali precurrēt mūdo.

¶Secundo qui aiunt infinita: inordinato motu ferri in infi
nito aut vnū ipsoꝝ motū faciūt:si ita:ꝛ omīa vna latōe ferū-
tur:ꝛ nō inordinata.Sin minus:īfinite erūt latōes.qđ ē im
possibile.Si enī finite:ordo dabit aliqs.Nō enī ꝙ nō ferā
tur in idē:io ordinatio dicit.qñquidē ꝛ nūc mūdo(vt videm⁹)
ꝓpulchre ordinato:nō oīa ferant in idē:sʒ ea q̄ cōsilis cōg
neeqʒ sūt nature.¶Tertio īordinate nichil aliud quicꝙ̄:ꝙ̄
preter naturā esse videt.Ordo enī sensibiliū: vniuscuiusqʒ
ꝓpria natura est.Atqui incōmodū est īfinito motu/longissi
moqʒ tempore p̄ter naturā quicꝙ̄ motum fuisse:qū poti⁹ na
ture:he cōditōes cōpetunt.essʒ itaqʒ potius inordinatio se
cundū naturam:vt que infinito/longissimoqʒ tpe fuerit. or
dinatio autē preter naturā.Qđꝙ̄ sit absurdū:ipsi viderint.
¶Correlariū.quo fit vt ob idipsum:Anaxagoras belle ex- 12
cogitasse videat:mundum ex īmobilibus primū inchoatuʒ
fuisse¶Tertia.etsi qui ex segregatis motū admittant:ge- 13
nerationem tamē non inueniunt rationabilē¶Nā celū ipm
segregatione(vt quod delituisset īmersum)rationabilit ge-
nerare nequeunt¶Correlarium.Ob id itaqʒ ipsum Empe 14
docles celuʒ:non ex segregatione gigni voluit:sed ex segre
gatorum iterum congregatione Confinxit enī amicitiā:q̄ q̄
daʒ ab vno(vbi oīa cōgregata fuerant)dissociāte lite:discol
lecta iterū colligeret/counīret/atqʒ cōgregaret:sicqʒ geni-
tum/factūqʒ fuisse celum.¶Quarta.Quod sursum aut de-
orsum mobile est:ipsū aut leue aut graue esse:necesse est. 15
¶Primo sit a non graue/ b v̄o grauitatē hñs:ferantqʒ si-
mul deorsum si fieri potest.Absoluatqʒ b spaciuʒ d e in tpe
f.in eodem tempore:a aliquid spacii d e abibit.sitqʒ d g.Di
uido enim grauitatem b.sumoqʒ partem: que sic se habeat
ad d g sicut totum ad d e.Id enim possibile est.Cum itaqʒ
b per totum d e moueretur:pars ea(quecunqʒ fuerit)soluʒ
per d g mouebitur:et per idem spaciuʒ d g et in eodem tem
pore positum est a moueri.Feruntur igitur deorsum per e-
quale et in equali tempore non graue ꝛ grauitatem habēs:
qđ est īpossibile.Et ita de leui (si gratū ē)argumentet¶Se
cūdo si qđ moueat qđ neqʒ leuitatē neqʒ grauitatē habeat:
mouebit vi ꝛ īfinita velocitate:aut graue:ꝛ grauitatis leui-
tatisqʒ expers eq̄le ꝛ ī eq̄li tpe absoluūt.sit itaqʒ a nō ḡue ꝛ
b ḡuitatē hñs moueat a g spaciū d e.ꝛ ī eođ tpe vt vbi cā fir-

tus aliqua pellat b grauitatē hñs:spacio d g. quia si aliq̃ potentia:maius in aliquo tpe ⁊ aliquāto spacio moueat:eadēz pōa in eodē tpe:maiore spacio pellit min⁹. Diuido ergo graue b:capioq; ptem quācunq;: que sic se habeat ad potentiā motricē ipsius b:sicut d g ad d e. q̄ potentia data mouet b p spacium d g in tempore f:eadē potētia mouebit ptem illā grauitatis pticipē:in eodem tpe ⁊ toto spacio d e. ⁊ in eodeʒ tpe ⁊ spacio ferebat̄ a neq; leue neq; graue: quare graue et grauitatis/leuitatisq; exps:equale ⁊ in equali tpe absoluūt qd est īpossibile. Et si a iterū īfinito motu ferebat̄:graue infinito motu et eodem spacio ferebatur: quorum vtrūq; im-

16 possibile est. ¶ Quinta aliquis mot⁹ natura ⁊ aliq̃s violent⁹ existit. ¶ Nam natura:p̄ncipium est mot⁹ ⁊ q̄etis eius ī quo est. vis autē virtus est ab alio scd̄m qd aliud. Motus igitur qui ab eo (quod intra est) p̄ncipio existit: iure natura dicitur Qui vero ab altero exteroq; (vt alterum est) iure dicat̄ ⁊ violentus. Et hic q̄dem:violentus non oīno est. vt motus lapidis deorsū quotiēs velocior p̄creat̄: q̄ꝫ nature sue sit accōmodus/p̄priaq; pariat virtus. Ille vero oīno pret̄ naturam est vt lapidis sursum propuls⁹. ⁊ vis ipsa ad hos vtrosq;: aere tanq̄ꝫ apto vtit̄ organo: q̄ vt grauis ⁊ vt leuis/ ancipitisq; nature natus sit eē: ⁊ v̄tutē ab ipsa vi velut ipressā retinens: q̄ nunc vt grauis deorsū precipitat:nūc vero vt leuis agitat

17 sursū. ¶ Primū correlariū vn̄ cognoscit̄ euenire: violente agitatū ferri:p̄ncipe mouēte ipsū nō assequēte sed sepato ab

18 iunctoq;. ¶ Scd̄m fit etiā vt nullo tali exn̄te medio corpore nullus violētus oīno p̄crearet̄ motus neq; scd̄m naturā vll⁹ vniuscuiusq; ei motū eodē mō p̄mouet. Sed q̄ graue/q̄ leue esse oporteat/quis secundū naturā mot⁹/ quisue contra: dicat̄ violent⁹: hacten⁹ dictum est.

Tertii cap. note

¶ Dictū Anaxagore: oīa in oib⁹ esse intelligebat scd̄ꝫ spēm ⁊ nō scd̄m numerum. Estq; idē acsi dicat: quelibet eē in quibuslibet. ¶ Alterꝫ/alterꝫ elementum.

T Ertium cap. cōtinet tres q̄stiones: et responsiones

19 ad ipsas. ¶ Prima q̄stio. Quib⁹ corporib⁹ cōueni-

20 at generatio. ¶ Scd̄a. cum p̄ma corporum sint ele-

21 menta: q̄d elemētum/quot ⁊ q̄lia sint. ¶ Tertia. vtrum elemētū (vt volūt nōnulli tm̄ vnū esse ponentes) spē sit induisi-

bile ¶ Prime respondet Empedocles quatuor esse elementa/ignem/aerem/aquam/pariter et terram: ingenita atq; incorruptibilia: ex quibus omnia alia generantur/componuntur ac fiunt. Eidem quoq; questioni respondet Anaxagoras Empedocli contrarius/aduersatusq;: ponens Homiomeras Atomos: ossis/carnis et nerui prima pricipia/ omniumq; semina rerum: ex quarum commixtione: etherem/ignem (hec enim eadem putat) aerem/aquam et terram gigni putauit. et ob sui paruitatem: Atoma carnis et ossis: oculis inuia/ imperceptibiliaq; esse: omnia tamen omnibus inesse congregata: et omnia ex ipsis genita esse/coalita atq; conflata. Sed posterius cum de generatione et corruptione exactius pertractabimus: nostrum afferemus iudicium ¶ Secunde hanc adhibemus responsionem. Elementum est in quod intus existens aut potentia aut actu: alia corpora diuiduntur: specie quidem irresolubile in alterum. Quo fit vt si tale sit elementum: et carni et ligno insint elementa potentia. vt ignis et terra: quandoquidem a carne et ligno disgregabilia sunt. caro autem aut lignum neq; igni actu/ neq; potentia inest: vt que nunquam segreganda sint ab igni. Quot autem sint et qualia sint: postea futurus est accommodatior sermo. ¶ Tertie preterea respondere licet: elementum specie secabile/diuiduumq; esse: multaq; esse elementa. Hoc profecto simplices motus liquido monstrant. Sunt enim motuum hi simplices/hi vero mixti. Simplices autem simplicibus corporibus accommodantur: compositi vero compositis. Et vnicuiq; naturali corpori proprius est motus. Atqui manifesti sunt motus simplices: plures esse. erunt igitur et plura elementa.

Primi cap. Secundi tractatus note.

¶ Democritus: Abderites dictus est ab Abdera vrbe Thracie. et nunc quoq; Clazomene dicta: clara quidem quod olim ab Abdera diomedis sorore condita fuerit: at ortu Democriti Physici longe clariore.

¶ Quid Pyramis rotunda/quid rectilinea/que et laterata dicitur: ex septimo naturalium require. ¶ Sphera vero solidum est: a centro ad circunferentiam omnes rectas eductas equales habens.

Secūdus tractatus continet tria cap. Primū duas cōclōnes. quatuor rōnes ad primam. et nouē ad secundam.

22 ¶ Prima cōclusio. nō sūt infinita elemēta Homiomera queadmodū posuit Anaxagoras.

¶ Primo quia falsa vtitur dignitate/malaue suppōne: quicqd Homiomerum est: eē elemētū. Nā videmus multa mixtorū corporū: Homiomera eē. vt lignū/vt lapis: in Homiomerasque partes solui: que manifestū est nō eē elemēta. Nō itaque erit oē Homiomerum corpus: elemētū. sed (vt diximus) irresolubile/indiuisibileque ad alterum spē. ¶ Scdo ita sumentes elementum: nulla necessitate vrgentur ponere īfinita: sed oīa etiā finita faciendo eque (vt ex īfinitis saluare moliuntur) saluare poterunt vt ponēdo/duo/tria aut q̄tuor aut quocūque altero numero: queadmodū facere conatus est Empedocles ¶ Tertio ipi accidit: nō oīa ex Homiomeris q̄buscūque facere. vt faciē non facit ex faciebus: neque vnūquodque scdm naturā figuratorum. satius igitur ipsa posuisset finita. Infinitū eni nichil excludere videtur Et sane melius finita que vt minima oim ex eisdē futurorum ostēdisset: cōformior disciplinarum autoribus: q̄ ploquiū/dignitatēque accipiūt: pricipia finita esse/aut q̄ntitate/aut spē. ¶ Quarto corpus a corpe scdm pprias differētias differt. Corporum aūt adiuicē differētie finite sunt: vt alio manifestandū est loco. Differūt eī affectionibus sensibilibus. Sūt igitur elementa finita.

23 ¶ Scda cōclo. neque recte putat Democritus Abderites eiusdēque cōsectator Leucippus: primas eē magnitudies multitudine qdem infinitas: magnitudine aūt idiuisibiles. et ex vno nō mlta: neque ex multis vnū: sed horum cōplicatiōe/cōfusio neque oīa gigni. ¶ Primo quia mō quod oia faciūt numeros/ et ex numeris: tametsi id plane nō dicāt. ¶ Scdo quia corpora figuris differre aiūt. et quia īfinitas ponūt figuras: itidē et infinita ponūt simplicia corpora. ¶ Tertio quia que elementis figure accōmodāde sint: nisi igni (cui spherā attribuūt) nō determinauerūt. sed aerē/aquā et terrā magnitudine et paruitate discernūt: tanq̄ ea sint oim: que elemēta nūcupamus Panspermia/totūque seminariū. ¶ Quarto sic dicētes: īfinita rebus faciūt pricipia. et hoc qdē absurde: Nā elemētorum dīe nō sūt infinite: neque infinite videntur. ¶ Quinto. Qui corpora/ magnitudinesue ponunt insecabiles: Mathematicas tollunt

disciplinas/sensum negant/multaqꝫ ipsis eisdem de motu ꝛ tpe concedere accidit incõmoda: que alio a nobis adducta sunt loco. ¶ Sexto. pugnantia dicunt. Qui enim fieri possit vt elementa: ignis/aer/aqua/terra: magnitudine et puitate differant? que ex indiuisibilibus ꝛ magnitudine et paruitate euadunt composita. ¶ Septimo dicunt aerem/aquam/terram: ex seinuicem fieri Sed quo modo? remanẽt eniꝫ semper maxima corpora segregata. nõ itaqꝫ fiunt ex seinuicẽ: si magnitudine/paruitateqꝫ molis differant. ¶ Octauo horũ profecto suspitione: q corpa differãt figuris: haudquaꝗ ponere debent infinita. Ponunt enim figuras omnes: ex Pyramidibus componi. rotundas quidem ex rotundis: ꝛ rectilineas ex rectilineis: ꝛ spheram ex octo ptibus. necesse igitur est aliqua esse figurarum pncipia. que si duo fuerint: et duo erunt elementa/pncipiaqꝫ. si tria: erunt tria. ꝛ ita de numero altero quocunqꝫ. quare ꝛ totidem et finita quideꝫ: assignare debuissent simplicia corpora ¶ Nono. vnicuiqꝫ simplicium corporuꝫ est vnus ꝓprius motus ꝛ simplex. motus autẽ simplices: finiti sunt. Nam simplices lationes: due sunt et non plures: circularis atqꝫ recta Neqꝫ quidem infinita sũt loca ad que infinite lationes esse possint. Non ergo infinita erũt elementa.

Secundi cap. note.

¶ Paruarum partium/subtiliorum partiũ/pauciorisqꝫ secundum extensionem potentie. ¶ Magnarum vero/pluris scdm dimensionem potentie. ¶ Ratio ꝓportio.

s Ecundum cap. continet quattuor antiquorum opiniones tres conclusiones. Tres rationes ad pmaꝫ Et tres ad secundam. ¶ Quatuor antiquorum opi 24
niones. ¶ Prima est ponentium tm̃ vnum esse elementum: et ipsum esse ignem. ¶ Secunda est ponentium ipsum eẽ aerem. ¶ Tertia est ponentium esse aquam. ¶ Quarta itidem tm̃ vnum esse asserentium: aque/aerisqꝫ mediũ: et aqua subtilius: et aere densius/celos ꝛ omnia continens: magnitudine infinitum. ¶ Prima conclusio. Perperam asserunt tale 25
aque/aerisqꝫ medium: ceteris esse elementum. ¶ Primo qꝛ ex ipso: densitudine ꝛ raritate alia gigni volunt. Verũ enimuero ita dicentes: sibiipsis obuiant: aliqd ipso elemento/pncipioqꝫ: prius facientes. Est enim rarius incompositius: et

in quod potius densiora resoluant: densius autem compositius. quare cum compositio sit ex elemento: resolutio vero (quēadmodum aiunt) ad elementum: potius ipsū rarius vt aerem: ponere debuerunt elementum. imo vero cum ipsi fateantur ignem esse oīm rarissimū: ipsū maxime oīm ponere debuerūt elementum. Et nichil refert an ignis rarissimus sit admittant/necne. Nam alterum rarius admittunt. quare aut ipsum aut tandem dabitur vnum quod principium erit et non ipsū mediū. ¶ Scdo nichil differt densitudine ꝛ raritate alia gigni: ꝛ grossitie ꝛ subtilitate. Est enim grossum densum: subtile vero rarum. Rursum quid grossitie ꝛ subtilitate: illa gigni sit: nisi magnitudine quadā ꝛ puitate? Grossuꝫ enim magnarū ptium est: subtile vero puarum. Quod enim in multum extensū fuerit: subtile est. et ex paruis cōstare dicitur ptibus. Sed tunc quid obsecro aliud facere videtur: nisi rerum substantias magno ꝛ paruo discriminare: ꝛ omnia ad aliquid facere. Sunt enim magnum et paruum ad aliqd. quare nichil simpliciter absoluteqꝫ: ignis aer aqua aut tra. qd ipsi viderint. ¶ Tertio preterea si ipsa magno ꝛ puo discrināt: erit quedā ratio/ꝓportioqꝫ magnitudinū adinuicē quare que rōnem aeris ad aquam hꝫ: aer est. ꝛ que aque ad terrā: aq̄. Sit itaqꝫ ignis in maiori ad aerē rōe/aer ad aquā aq̄ vero ad terrā: q̄a in maioribus: minoꝝ rōnes insunt. erit igitur aliqd ignis sic se habēs ad aquā: sicut aer. ꝛ aliqd ad terram: sicut aqua. q̄re ipsius: hoc erit aer/illud vero aqua. Hoc idem ostendere liceret de terra: si maiores in densioribus asciscant rōes ¶ Scda. q̄ ignē: oīm ponūt esse elemētū: tametsi hec diffugiant incōmoda: ī noua tamē incidūt atqꝫ pecularia ¶ Nam hi bifidi/bipartitiqꝫ sūt. Hi enim figurā vt Pyramidem: igni accōmodant: illi vero nullā. Qui figuram accōmodant: hi ineruditius ꝛ (vt ita dixerim) crassiori minerua id faciunt: cām subdentes: q acutissima figararuꝫ sit Pyramis. Ignis autē acutissimū corpoꝝ sit. Alii paulo persuadentiore nituutur rōne: q corpa oīa: ex eo quod simpliciorum/subtiliorūqꝫ partium est: cōponuntur. et figure solide ex Pyramidibus abeunt composite. Quare cum ignis corporum subtilissimum et simplicissimum sit: et Pyramis itidem solidarum figurarum simplicissima: iure igitur primo et simplicissimo corpori asciscenda est. Qui vero

igni nullam ascribunt figuram:ipsum solum subtilissima⁊ṗ priũ esse ponunt. Ex quo vt tumescẽte: alia gigni dicunt/ decisionesq; ex variis tumoribus fieri. Sed ita dicentibus: accidere incommoda:nunc aperiamus. Primo quia si partes ille ex quibus ipsum constituunt:indiuisibiles esse statuant: rationes prius posite ita esse vetant. et iterum quod subiungimus. Si itaq; indiuisibiles sunt:cum ex ipso constituatur aer/aqua/terra:talia corpora sibiinuicem partium proportione respondent. Que enim magnitudines similium partium (quales erunt indiuisibiles omnes) constituunt: proportionaliter adinuicem sese habent. vt omnes partes aque ad ptes aeris atq; ignis: totum et ad totum et ita in ceteris. quãuis forte aer plus aqua habeat:et subtilissimum densissimo. quare si minor magnitudo in maiore existit:⁊ ignis magnitudo sit maxima: resolubilis erit in aerem/ in aquam et reliqua. quare elementum non erit. Et ita si posueris aquã maioris magnitudinis:et ipsa erit et aqua et ignis. Et cur etiam:cum omnia eque simplicium partium fuerint: hoc ꝗ̃ illud potius statuatur elementum? Secundo esto. nũc agamus. dicant esse diuisibile:qui figuram ei propriam ascribunt. Pars igitur ignis non erit ignis: quia Pyramis ex Pyramidibus non constet. imo corpus erit quod neq; elementum/neq; ex elemento erit. vt pars ignis que elemẽtũ non est:cum minime sit ignis/neq; aliud elementorũ quicꝗ̃ neq; ex elemento est. Et qui figuram ipsi non asciscunt:magnitudine determinant. quare aliquid elementi potius elementum erit:cum sit minorum partium. et hoc abibit in infinitum:aut tandem ad indiuisibile decumbetur. Elementũ enim id erit:quod minimarum partium fuerit. Erit itez illa magnitudinũ rõ:quã supra arguimus:et hoc ad hoc ignis/ ad hoc aer/ad hoc aqua/atq; terra. ¶ Tertio. Et hi ⁊ ceteri qui vnũ solũ ponũt elemẽtũ:cõe viciũ atq; reprehensionem incurrunt:q vnũ solũ faciant naturalem motum. Omne enĩ naturale corpus:motus hꝫ principiũ. oĩbus igitur exñtibus vnũ:vnus erit motus ⁊ ad eũdẽ terminũ. vt si oĩa sint ignis: sursũ. ⁊ ꝗ̃to maiora fuerint/plusq; ignis habuerit:tanto velocius sursũ emicabũt. Quemadmodum maioris molis ignis:velocior sursum latio est. nunc autem huius oppositũ videmus in multis: que maiora mole velocius deorsum

subruuntur. Non igitur oim elementum erit ignis: aut aliud quodcunqz: tum ob predictas/tum ob alias a nobis pri⁹ ad
27 ductas rationes. ¶ Tertia conclusio. Plura & finita eē elementa necesse est. ¶ Nam infinita esse non posse: pbatū est. nunc autem pbatum est non tm̄ esse vnum. Sunt igitur plura et finita.

Tertii cap. note.

¶ Corpus/corporeuz ¶ Non corpus/incorporeū.

t Ertium. cap. cōtinet duas cōclusiones. duas ratio
28 nes ad primam. & duas ad secundā. ¶ Prima conclusio. Elementa: sempitna esse: ipossibile est. ¶ Primo qa videmus ignem/aerem/aquam et terram resolui. Aut igit aliqn̄ resolutio stabit/eritqz aliquando totum resolutū. aut ipsum infinitum erit. Si infinitum: & eius resolutio tempore erit infinito. et eius compositio tempore īfinito. Et cum vnūquodqz natura constantiū alio tpe componatur et alio dissoluatur: accidet vnū tempus infinitū: extra alterum infinitum existere/et vnum prius altero esse. Est enim compositio dissolutione poꝛ. Hoc autem impossibile. Et si dissolutio alicubi stabit: aut hoc indiuisibile erit: hoc autem non ppter prius adductas rationes: aut diuisibile sed nunq̄ dissolubile: vt ipse dicebat Empedocles: hoc iterum non. Nam si maius dissolubile/ corruptibile est: itidem et minus erit. Uidemus enim in eisdem quod maius est: difficilius: min⁹ vero facilius corrumpi Quare cum maius corrumpatur vt volunt: et ipsum quoqz rationabilius est: aliquando corrūpi atqz dissolui. Duobus enim ignem corrumpi videmus. Primo. contactu contrarii. vt cum disperit extinctus. Secundo vt in seipsum marcescens tabescit/deficitqz. & minor (vt parua flamma) patitur a maiori. Et quanto minor tanto velocius absumitur. Opz igitur elementoꝝ corpora corruptibilia esse: atqz eadē in corruptibilia corrūpi. ¶ Scdo cum constet elementa generabilia esse: aut igitur generabūtur ex non corpore. At qui dicit ex incorporeo ignem generari: niehil aliud dicit q̄ si vacuū introducat separatū. Omne enim quod fit: in aliquo fit. et in illo vbi prius existeret idipsum ex quo fit. Q̄ si nullum corpus existebat vbi genitum est: vacuum ergo erat. Si vero alterum corpus

posueris preter id incorporeum ex quo fit:duo igitur corpora simul erunt:scʒ quod factum est et quod illic ante factionem/generationemqʒ preexisteret:quod est impossibile Manifestum itaqʒ esse puto:elementa in corpa resolui:et ex corpore reparari/atqʒ gigni. ¶Secunda conclusio Haud tamen existimandum est:vnum cōmune corpus esse alterū ab 29
ipsis:ex quo ipsa gignant:et in quod ipsa resoluant. ¶Primo quia illud corpus:prius esset elementis. Atqui ipsis elementis nulla sunt priora corpora. Sunt enim sensibiliū corporum:prima. Non igitur est tale vnum aliquid cōmune corpus. ¶Secundo. quia aut grauitatem aut leuitatem habebit. Q si sic:aliquod elementorum erit. Omne enī simplex aut leue/aut graue:aliquod elementorū est:aut prorsus grauitatis et leuitatis expers est. et tunc corpus illud vt moueat nullam retinet aptitudinem. Immobile igitur erit eiusmodi corpus et Mathematicū. Nec in loco vspiā erit. Si enim in loco esset:aut moueret/aut quiesceret. et si natura quiesceret:in eum locum natura ferret. et si vi quiesceret:et vi ꝛ preter naturam ferret in eundem. Et si non est in loco:ex eo nichil fiet. Quod enim fit:in eius (ex quo fit) loco:fieri necesse est. Quo fit vt permanifestum relictum sit:cū elementa non fiant ex non corpore/ neqʒ fiant ex altero ab ipsis corpore ipsa ex seinuicem fieri.

Primi cap. tertii tractatus notę.

¶Corruptibilium principia/ elementa et corpora simplicia
¶Positio/opinio.

Tertius tractatus cōtinet duo cap. Primum tres conclusiones. quatuor rationes ad primam et sex ad tertiā. ¶Prima conclusio. Modus quo Democritus ꝛ Empedocles generationem elementorum ex seinuicem saluare nituntur:irrationabilis est. ¶Primo qꝛ sua 30
dicta ignorare videntur:cum vnumquodqʒ inquiant ex vnoquoqʒ segregari/sicqʒ apparet generari: non generationē ex seinuicem facientes:sed apparentem generationem:perinde acsi res in vase deliteant: quas in lucē et apparentiam proferas/dicasqʒ eas idcirco genitas. Sic auteʒ generatio minime fit:sed ex quadam subiecta / substrataqʒ materia

¶Secundo. Eadem magnitudo cum arctior/ strictiorq₃ fiat: non videtur idcirco fieri debere grauior. quodquidem ipsi volunt: quotiens ex aere fiat aqua. ¶Tertio. Quo pacto immixtum quod separatum fuerit: maiorem locum occupare necesse sit: et maius corpus in minore contineatur: quod tamen semper oporteret: quotiens ex aqua fit aer. Ampliorem enim locum semper factus occupat. et vnūquodq₃ rariorum et subtiliorum partium. quod aqua: feruore intumescens ostendit que adaucta mole: constricta vasa continentia etiam perfringit. Aut igitur erit vacuum/ aut non extendentur corpora: quod et ipsi volunt. Sed certe irrationabile est: existente vacuo semper quod extrahitur: ampliore mole se diffundere necesse esse: quod tamen oportet cum ex aqua fiat aer. Et q confugium suum nullum sit: ope vacui confidentium: alio quoq₃ demonstratum est loco: cum nichil prorsus esse queat vacuum. ¶Quarto. Si eo pacto: segregatione generatio fieret: tandem ex seinuicem generatio casura/ defecturaq₃ esset. ¶Nam in magnitudine finita: infinita cōtineri impossibile est. Si itaq₃ ex terra aquā dempseris aliquid ab ea distractum est et generatione factū. Deinde iterum demendo: aut tandē absumitur/ stabiturq₃ aliquo/ aut sub mole finita: infinita sunt contenta. quod est impossibile. Non igitur semper ex seinuicem generari quibunt. Non est igitur quo modo Democritus/ Empedoclesq₃ volunt: ele-
31 mentorum ex seinuicem generatio. ¶Scda. Elementa: ex seinuicem transfiguratione non fiunt (queadmodū ex eadē cera: transfiguratione fit circulus et sphera) ut nonnulli volunt. ¶Nam ipsa elementa: indiuisibilia esse oporteret: propterea q non semper: Pyramis diuidatur in Pyramidem neq₃ cubus in cubum/ neq₃ pars ignis erit ignis/ neq₃ ps terre erit terra. aut corpus dabis prius elemento: et quod nō resoluetur in elementū: et quod non erit elementū. quādoqui-
32 dem figurā nulli elementorū habuerit accōmodam. ¶Tertia. neq₃ item superficierum resolutione: elementa ex seinuicem gignuntur. ¶Primo. Quia inconueniens est nō omnia ex seinuicem gigni posse: sed eorum vnum (vt dicunt) trāsmutationis esse expers. q paucioribus constet triāgulis et sup̄ficieb᷒. ex q̄ id gigni nō potest: qd pluribus eget triāgulis. Tum quia negant ea q̄ certa sensuum experientia: co-

gnita sunt. Et huius quidem causa est: q ex nō bene sūptis pncipiis: omnia ad quasdā statutas opiniones defendendas: reducere volunt. Atqui eternoꝝ pncipia eterna esse videntur/ sensibiliū sensibilia/ ꝛ corruptibilium corruptibilia. Cum qꝛ qui vsq3 adeo suoꝝ defendendoꝝ sermonū sūt pertinaces: ipsoꝝ sunt amatores. ꝛ qdlibet accidēs tāq vera habentes pncipia sustinēt: ex cōsequētibꝰ ꝛ maxie ex fine: recte iudicandi occasionem nō sumentes. Ut eni discipline factiue finis opus est: ita ꝛ sensibilia cognoscere/ et que circa sensum versant: naturalis discipline finis est. ¶ Secūdo accidit ipsis: terram maxie oim esse elementū fateri oportere. vt que sola icorruptibilis existat: ꝛ in quā alia resoluantur: que potiores vident esse elementi cōditiones. ¶ Tertio. accidit eis: triangulos/ supficiesq3 remanere supfluas. vt cū ex illo qd plures triangulos h3 gignit id qd pauciores habeat supsunt residui: qui profecto non cōstituūt elementum simile ei ex quo genitum est: q longe plures requirat Neq3 aliud qdcunq3. Erūt igitur remanentes superflui/ ociosiq3 ¶ Quarto quia generationē: ex nō corpore faciunt: quia ex superficiebus: ¶ Quinto. aduersa disciplinis permulta confiteri cogunt. vt non omne corpus diuisibile esse: qd irrōnabile est. quandoquidem vel intelligibilia illa Mathematica corpora: discipline ipse diuisibilia esse concedant. Et hi vt suam tueantur positionem: non omne sensibile corpus: diuisibile esse admittunt. ¶ Sexto. quia elementa/ substantiasq3 elementoꝝ: figuris determinant. vt ignem Pyramide aut sphera. quare sicut diuisa sphera aut Pyramide: ptes: sphera/ aut Pyramis non existunt: ita partes ignis non erunt ignis. ꝛ ita de aere/ aqua et terra. quare aut ipsa indiuisibilia sūt: aut vt iā diximꝰ: aliquid est prius elemento.

¶ Secundi cap. note.

¶ Octocedra figura est: que octo habet superficies. ¶ Ecocedra vero: que viginti supficierū est. atq3 basium. ¶ Cubica autem quam Tesseraꝝ figure exprimunt. ¶ Angulus acutissimus qui ex sphere exteriori cōtactu causatur is est: qui causatur ex linea recta regulariter super Diametrum cadēte: et circunferentie parte. quod decimaquinta tertii demonstratur Geometrie.

Ecundū cap. continet duas cōclusiōes. quatuor ra
33 s tiones ad primā. et septē ad scđam. ❡ Prima con=
clusio. Irrōnabiliter figuras elementis adaptāt vt
igni spheram aut Pyramidem/ aeri Octocedrā/ aque Eco
cedram: terre vero talarem et cubicam. ❡ Primo quia ac=
cidet eas non replere totum spaciū. In planis enim adinui
cem nexe Trigone/ Tetragone ⁊ Hexagone totum replere
videntur. In solidis autem tantum due Pyramis atq3 cu=
bus. et tamen cum plura duobus sint elementa: plures soli=
das atq3 corporales/ totum replentes sumere oporteret fi=
guras. ❡ Secundo. Omnia simplicia corpora: a loco ⁊ cōti
nente figurata videntur. maxime autem aer ⁊ aqua. Nō igi
tur elementi seruant figuram. alioquin non vbiq3 asseque=
rentur ac tangerent continens: quod est impossibile. ❡ Ter
tio. si transproportionetur aqua: vt si quoquo pacto in Py
ramidem aut cubu3 figuretur. non erit amplius aqua: si ele
menta figuris differant. Hoc certe falsum est: ⁊ hoc nos do
cere videtur natura: et non preł rōem euenire. Nā subiectū
et materiā op3 esse informē ⁊ sine vlla suapte natura specie.
Sic enim (vt scribitur in Timeo) melius vnicuiq3 aptari po
terit/ meliusq3 speciem recipiet omnem. ita et de elementis
putare oportet: que compositis futura sunt vt materia. vt si
ne huiusmodi figuris: adinuicem pati/ alterari/ atq3 trāsmu
tari queant. ❡ Quarto. et os et caro et alia continua: ex ele
mentis esse non poterunt. Nam elementa ex superficierum
compositione gigni ponunt. non autem ea que sunt ex ele=
mentis. Quo fit vt si quis acute velit intueri: et eorum rati
ones examine pensiculare: ex entium natura generationem
auferre videantur: nisi transsumptione quada3: elementi ge
neratione et ceterorum generatione vti dicantur. ❡ Secun
34 da. Neq3 quidem figure: elementis asciscende sunt ob ipso
rum motus/ affectionesq3. ❡ Hanc enim ob causam: faciūt
hi ignem: spheram/ hi vero Pyramide3: ꝙ hec maxime sint
mobilia/ tangantq3 minima/ et nequaꝙ̄ firmiter iacentia.
Ignis autem maxime mobilis ⁊ minime fixus est. Et angu
li vt aiunt: est calefacere et maxime calefactione incendere.
ignis aūt calefactiuꝰ ⁊ icēsiuꝰ ē. iō hi Pyramidē eē dicūt: ꝙ
tota sit āgulꝰ. hi aūt spherā: ꝙ āgulū: ex tāgēdo ꝯstituit oīm

acutissimū. Et terre: cubū ascribūt: q̄ hec figurarū ad bene manendū aptissima sit: maneat aūt oīm firmissime terra. Sȝ hec nō recte dicta eē apparȝ. ¶ Prio qꝛ tametsi sphera motui sit aptissima: nō tamē motui q̄ igni propriꝰ est (Est eī motus sursum rectꝰ igni propriꝰ) sed circulationi aut volutationi. Et terra nō vbiqȝ manet: sed in loco suo quēadmodum ꝛ elementoꝝ cetera. Quare sua rōne vnūqđqȝ elemētoꝝ extra suū locuȝ: Pyramis erit aut sphera: q̄ bene moueať. ꝛ ī proprio loco: q̄ fixe maneat ꝛ stet: erit cubus. ¶ Scđo. si ignis calefacit ꝛ ardet: q̄ āgulos habeat: oīa elemēta calefactiua erunt: licet forte alteꝝ altero minꝰ. Nam oīa habent angulos: ꝛ cubus ꝛ viginti basiū Ecocedra: ꝛ octo basiū Octocedra ꝛ Pyramis. Inquit eī Democritus sphera quidē et angulus ens quiddā exurit et ardet. ¶ Tertio id ꝑmanifeste falsum esse: Mathematica pandūt. nam si sphera et Pyramis calefacit et ardet: corpa Mathematica calefaciēt et ardebūt. Habent eī illa: ꝛ spheras/ ꝛ Pyramides/ ꝛ angulos/ et īdiuisibilia: que si ita sese habeāt ꝛ in Mathematicis sint magnitudine īdiuisibilia: cur ergo nō calefaciāt/ ardescātue ꝛ tñ propter easdem cās: ignis calefaciat/ exurat/ ꝛ ardeat? differētiā adducātcāmqȝ assignent oportet. manifestum ergo esse vł letur nō vt dicūt ita eē dicendū. ¶ Quarto si ignis sphera/ Pyramisue est: ꝛ qđ ardet ignitur: protinus qđ ardȝ spheram/ Pyramidēue fieri necesse est. qđ q̄ falsū sit: vel viderint ipsi. ¶ Quinto cum ꝑtes ignis sint ignis: si ipsum diuisibilē statuant: vt eius incisionē et diuisionē quācunqȝ: rō figure sequať: necesse est: si ignis ꝑtes: ignis esse debeāt. qđ tñ accidit. Dicere eī spherā nō nisi in spheras: ꝛ Pyramidē nō nisi in Pyramidas solui posse: ꝑsimile est ac si quis proloquatur/ significet/ aut ponat gladium nō nisi in gladios: ꝛ serram nō nisi in serras: diuidi posse ¶ Sexto ridiculū certe est: igni Pyramidē attribuere: q̄ figuraꝝ aptissima sit ad secandū/ diuidendū ꝛ sepandum: Nam magis igni proprium est congregare ꝛ ad continua reuocare. Cōgregat eī ea que eiusdē tribꝰ sunt. Et hec cōgregatio per se est. Est eī cōtinuatio ꝛ vnitio: segregatio aūt per accidens. Congregat enim (vt dictū est) qđ eiusdē generis fuerit atqȝ tribus (qđ dicunt Homophylon) ꝛ segregat alienū. Debuerūt igiť hoꝝ duorū ei figuram magis aptare: qđ magis ei proprium est et com=

petit. Hoc aũt est cõgregare: et non dissipare ⁊ disgregare.
¶ Septimo. calidum et frigidũ virtute contraria sunt. Atqui frigido cõtrariam assignare nequimus figuram. Nã figure nihil est contrarium. Et certe ipsi figuram assignare pretermiserunt omnes: et tamen conueniebat aut omnia determinare figuris: aut nullum attentare. Cur enim potiꝰ hoc ꝙ illud? Sibiipsis diffident quidã: suppetias ferre volẽtes. Aiũt enim frigidũ magnarũ eẽ ꝑtium: quapropter constringit/⁊ per poros transire/expirare ⁊ difflari nequit: erit igit᷑ calidum transiens. tale aũt omne: subtiliũ est ꝑtiũ quare calidum ⁊ frigidũ: magnitudine et ꝑuitate/ et nõ figuris (vt defẽdere volũt) determinant. Quã rem si ꝑtinacius defendere ꝑgant: et in igne magne sint ⁊ parue Pyramides: magne non erunt ignis: ⁊ figura illa nõ erit causa caloris: qui potiꝰ contrarii effectiua. Magnum enĩ (vt aiũt) frigefacit. Ex his itaqꝫ ꝑmanifestuꝫ eẽ putamus: elementa/passiones/ affectiones sue elemẽtoꝝ: nõ esse figuris discriminandas. Sꝫ que eorum propriissime differentie sint/⁊ a quibus passionibꝰ/ operibus/⁊ virtutibus pendeant (Habet eĩ eoꝝ vnũqdqꝫ a natura: proprias et passiones/⁊ opera/⁊ virtutes insitas/⁊ determinatas) futurus sermo indicabit. Qd cum cognitum fuerit vniuscuiusqꝫ ad vnumquodqꝫ alterum differẽtias accipere: ꝙ facillimum erit.

Tertii de celo ⁊ mũdo
Aristotelis finis.

Tabula Quarti de celo.

Quid graue/quid leue/ɀ que vtriusq; natura existat: disqui rendum expedire. 1
Diuisio grauiũ 2 Diuisio simpliciũ corpm mobiliũ 3
Quid graue. 4 Quid leue. 5
Quid graue simpliciter. 6
Quid leue simpliciter. 7
Quid graue ad alterum. 8
De graui ɀ leui in Timeo insufficientẽ determinatõem eẽ 9
Non esse pbandum (quod antiquiores senserũt) id eẽ graui us: quod mole esset maius. 10
Neq; id Democriti pbandũ esse: q̄ grauius sit cui min⁹ intceptũ fuerit vacui. ɀ leuius cui plura intcipiant vacua 11
Existimandũ non esse plus materie maioris grauitatis esse causam: et minus minoris. 12
Unumquodq; sensibilium in suum locum consimiliter ferri vt ad speciem. 13
Res in rerum ordine non sic moueri (vt antiqui voluerunt) q̄ simile mouetur ad simile 14
Differentie mobiliũ motus scdm locũ ɀ alioꝝ 15
Aliter quid graue simplicit̄ 16
Quid simpliciter leue. 17
Quid graue secundum alterum. 18
Quid leue secundum alterũ. 19
Q̄ aliqd̄ sit simplicit̄ graue ɀ aliqd̄ simplicit̄ leue. 20
Determinatum esse mediũ quo grauia feruntur: ɀ extremũ ad quod feruntur ɀ leuia. 21
Quatuor esse elementa. 22
Non omnium elementorum vnam esse materiam vt vacuũ/ solidũ/ aut trianguli: que diuersitatum motuum ipsoꝝ causa esse possit. 23
Figurã motũ sursum aut deorsũ non efficere: sed causã esse vt motus velocior/ tardiorue fiat. 24
Cur corpora lata vt ferrea ɀ plumbea per aquã non descẽdant: et eadẽ rotunda aut longa cita velocitate mergant̄. 25

Finis tabule.

Primi cap. quarti de celo note.

¶ Posse natura moueri/aptū natū moueri. ¶ Sursum simpliciter/extremū celi lune ¶ Sursū ad alterꝰ/ extremū ignis ¶ Extremū/ cōcauū. ¶ Deorsū simplr/terra. ¶ Deorsuz secundū alterꝰ/aqua:naturali rerꝰ serie/situqꝫ seruato. ¶ Antipes/ex opposito ad alterum pedes hñs.

Quartus de celo. continet vnuz tractatū sex cap. ptinētem. Primū vnā cōclonē. duas rōnes ad eā. duas diuisiones. ⁊ quiqꝫ diffinitiones: ¶ Cōclo. quid graue/quid leue/⁊ que vtriusqꝫ natura existat disquirere cōueniēs est ¶ Primo qꝛ hec contēplatio sermonibꝰ (qui de motu sūt) propria est. Diffinimꝰ enim graue et leue per posse natura moueri: quorum actibꝰ nomina nulla posita sunt. Nos autem hoc in loco de eorum motibus intendimus: conueniens igitur huiusmodi disquisitio est. ¶ Secundo quia omnes antiqui virtutibus grauiū et leuium vsi sunt: sed perpauca determinarunt. conueniens itaqꝫ erit (que ab aliis dicta sūt adducendo) tm̄ de ipsis consyderare: quantum nostro subseruiat proposito/ et nostram
2 aperiret sententiam. ¶ Prima diuisio. Grauium quoddam est simpliciter graue/et quoddam graue ad alterum. quemadmoduz es ligno dicimus esse grauius. Itidem leuiū hoc simpliciter leue/ illud vero ad alterum. Et de graui simpliciter et simpliciter leui nichil meminerunt. neqꝫ diffinierunt quid aut graue aut leue ad alterum: sed habentium grauitatem aut leuitatem quid grauius aut leuius.
¶ Secunda quedam semper a medio ferri nata sunt: et hec sunt que sursum feruntur. quedam vero semper ad mediuz: et sunt que feruntur deorsum. Sed existimauerunt quidam (et absone quidem) non esse sursum aut deorsum in vniuerso: qꝛ ex omni parte similes habeat partes. vt si quis tantum ambulet vt suo primo loco fiat Antipes: consimiles habebit mundi partes. quare non priꝰ erat sursū tūc vero deor

sum. Nos dicimus sursum et deorsum non relatione ad nos sumpta accipi oportere: sed vbicunq3 fuerit celi extremum: ibi sursum. vbi vero eius mediū: ibi deorsū. Quare qui antipes ita ambulando fieret: semper esset deorsum. Neq3 id verum est (quod putauerunt aliqui) hemisphериūceli supra nos sursum: sed totum (quod pedibus nostris eregione subsitu3 est) deorsum esse. quia credebant ex opposito non esse aliud celi occultatum Hemispherium quod falsum est. Ex his qd graue et quid leue elicere poterimus. ¶ Prima diffinitio. 4
Graue est quod ad medium ferri natum est. ¶ Secunda. le 5
ue quod natum est ferri a medio. ¶ Tertia. Simpliciť gra= 6
ue est quod simpliciter deorsum ⁊ ad medium ferť ¶ Quar 7
ta. Leue simpliciter est quod sursum fertur ⁊ ad extremum
¶ Quinta. Graue ad alterum est cum datis duobus equa= 8
lis molis grauibus: alterum deorsum velocius / ⁊ alterū tardius feratur: quod velocius fertur grauius diciť / qđ tardi⁹ minus graue ⁊ ad alterum graue. Et ita de leui ad alterum suo modo sursū emicando dicendum est.

Secundi cap. note.

¶ Eisdē / similis nature ¶ Trigon⁹ / triangulus ¶ Solidū / corpus plenum.

s Ecundū cap. cōtinet q̄tuor conclusiones: q̄tuor de
graui ⁊ leui opiniones excludētes. ⁊ q̄nq3 rōes ad
tertiā ¶ Prima de graui ⁊ leui in Timeo insuffici 9
ens determiatio est ¶ Scripsit enī in Timeo Plato id grauius esse: quod ex pluribus eisdē vt superficiebus aut Trigonis constat: vt plumbum plumbo / ⁊ es ere ⁊ vnūquodq3 aliorum: altero eiusdem speciei et nature. et id leuius quod ex paucioribus eisdem. Sed hanc determinationem insufficientem esse constat. Nam hec determinantes nichil adducunt de graui simpliciter et simpliciter leui. vt terra q̄ semper grauis est et que semper fertur ad medium / et igne qui semper leuis est et semper sustollitur ad summum. Non enī id dicere possunt nunc paucitate nunc multitudine triangulorum. Nam maior ignis quandoquidem ex pluribus consimilibus constaret: grauior esset ⁊ tardius sursū agitareť. cuius oppositū euenire videmus. Quanto eni3 ex pluribus cōstet ⁊ maior fuerit: sursum fertur velocius. Et paucus magno citi⁹ precipitať deorsū. ē igiť hmōi īsufficiēs detmīatio

10 ❡Secunda ꝯclo. Neqꝫ ꝓbandū est qd antiquiores senſert
id eē grauius qd mole eēt maius. ❡Nā ꝛsi in diuersis stati
non ita esse oportere appareat vt modica terra et magno ig-
ne/puo ere ꝛ multa lana: in ꝯsimilibus etiā vt mixtis minora
qñqꝫ ꝑcipim⁹ grauiora. alioquin essent oīa ex eq̄ grauib⁹ cō
stituta: et eque densa oīa. qd falsuꝫ eē satis cognoscit. ❡Nō
11 igit ꝓbandum est qd sit altero maius: sꝫ id eē graui⁹ ❡Ter
tia neqꝫ id Democriti approbandū est: grauius eē cui min⁹
interceptum fuerit vacui. Et leuius cui plura intercipiant
vacua. ❡Ponebat eñ Democritus ex solidis ꝛ insecabili-
bus corpusculis ortum trahere oīa: ꝛ vacuū rebus immisce
ri. Et ideo illa q̄ ex equalibus constarēt Atomis: interdum
se haberet vt hoc maius vt ignis/et illud minus vt terra exi-
steret: ꝙ solida ignis plus interstite vacuo distarēt. Et hinc
fieri vt ignis leuior/terra vero grauior fiat. Sꝫ satius asseru
isse fuisset non id esse leuius: qd plus vacui haberet: sed qd
plus vacui ꝛ minus solidi. Alioquin multū terre (ꝙ plura in
tercepta contineat vacua) igne puo erit leuius. Sed hec nō
sane defendi posse ostendimus. ❡Primo qꝛ aut determinant
graue ꝑ solidū ꝛ leue ꝑ vacuum/vel graue ꝑ minus vacuuꝫ ꝛ
leue ꝑ maius/aut vtraqꝫ rōne quadā ꝛ ꝓportione solidi ad
vacuum. Nō graue solido ꝛ leue vacuo. Nam in multo igne
plus solidi adest q̄ꝫ sub terre pusilla quātitate. Et in multi-
tudine aque plus vacui q̄ꝫ puo aere: q̄re multus ignis parua
terra grauior/ꝛ multa aqua puo aere leuior qd est īpossibile
Neqꝫ graue minore vacuo/ꝛ leue maiore determinabūt. Nā
tunc multa terra (vt que plus vacui habeat) que sꝫ deorsum
fert: leuior eēt puo igne sꝫ sursū lato ꝛ leui simplr. qd ē im-
possibile. Simplr enim leue: semꝑ leuius quibuscunqꝫ habē
tibus grauitatem. Neqꝫ determinabunt vacui ad plenum fa
cta proportiōe. Nam accidit īmixtū vacuū ꝯcedentibus: mi-
noris ignis vacuum ad suum plenum eandem seruare pro-
portionem: que et in maiore seruat. ꝛ ita de modica ꝛ multa
terra. Quare magnus ignis et puus eque leuia et equaliter
sursum lata/ꝛ magnum graue ꝛ puum deorsum. ita aūt fieri
non potest. nam maior ignis minore velocius sursum fertur:
ꝛ maius graue minore velocius deorsum vt maius aurū aut
plumbū minore auro aut plumbo demergit velocius. ❡Se
cundo quia inconueniens est dicere vacuum mouere sursū:

et ipsum non potius moueri. Ita et solidum. Quod si dixerint moueri: satis erat de motu vacui & motu solidi per se determinasse et non de compositorum motu. quod minime aliquis eorum fecit. ¶ Tertio si vacuum tenderet sursum & solidum deorsum: quid prohiberet ea seiungi atq; separari? ¶ Quarto. inconueniens est vacuo sursum regionem facere: at potius esset regio. et si moueretur: eius eēt locus. que omnia alibi patefacta sunt non esse. ¶ Quinto quia quereretur que vacui motus causa esset et que causa solidi: et eadē soluendi vrgeret difficultas. ¶ Quarta conclusio. Neq; existimandum est plus materie maioris causam esse grauitatis/et minus minoris: siue omnium vnam faciunt materiaz/ siue contrarias: vt vnam que faciat vacuum/& alteram que plenum. ¶ Nam si omnium vnam faciant: nichil erit simpliciter leue. quia continget et minus materie habere. neq; simpliciter graue. sed omne a simpliciter aut graui aut leui deficiet. Et multus ignis pauca aqua erit grauior. quod impossibile est. Quid enim prohibet multum ignem plus materie modicula aqua habere? Si fecerint contrarias: tantū ponunt graue et leue simpliciter et intermedia negant. non igitur vt dicunt ita existimare op;. 12

Tertii cap. note.

¶ Ad speciem/ ad formam/ad perfectionem. ¶ Secundā substantiam/secundum perfectionem.

Ertium cap. continet vnam conclusionem. vnū correlarium. et duas differentias mobilium secundu; locum ab aliis. ¶ Conclusio vnūquodq; sensibiliū in suū locū cōsimilit fertvr ad spēm ¶ Nā tres sunt motus spēs: scdm q̄titatem/scdm q̄litatē/& vbi. et scdm q̄titatē & q̄litatē fit mutatio ex determinato in determinatū: vt ex ↄ̄rio in ↄ̄rium aut scdm media. & non indifferent in quodlibet. vt augmentabile vt augmentabile est crescit: & nō alterat: & alterabile vt augmentabile & alterū augmentatiuū/& alterabile et alteratiuum. ita loco mutabile vt tale loco mutatur. vt leue sursum/et graue deorsum. Et sursum motiuum suapte natura leuefactiuum/et deorsum grauefactiuum. Et sursū mobile (si liceat noībus vti) leuificabile/& deorsū mobile grauificabile. Sed q̄ hoc pacto vt ad spēm natū sit ad suū locū moueri hinc sumit indiciū. q̄ oīa que huic in modū feruntur: 13

continent sursum et deorsũ:et hoc mõvt cõtinẽs sit vt spẽs contenti (semp certe qđ supius est ad id qđ sub eo ẽ:vt spẽs ad materiam sese hʒ)vt celũ ↄtĩet ignẽ/ignis aerẽ/ aer aquã ⁊ aqua terrã.⁊ hunc in modum mouenť:⁊ ita mota quiescũt Mouenť igiť oĩa cõsimiliter ⁊ suapte natura ad sua loca et vt ad spẽm. Querere certe propter quid leue vt ignis fertur sursũ/⁊ propter quid graue ferť deorsũ ⁊ nõ aˡio:perinde est atqʒ si q̃siueris propter quid sanabile in sanitatem transmutatur/et non in albedinem. ¶ Et cur augmentabile in magnitudinis incrementum/et non in sanitatem. Simile enim ⁊ in

14 quanto et in quali/et in loco. ¶ Correlarium. Unde fit manifestum:non esse vt antiqui voluere hec in rer ordine sic moueri:quia simile moueatur ad suum simile. Nam si intellexeris terram in orbem lune translatam:sue partes non idcirco de mundi centro(quia eis ipsis sit similis) mouebuntur ad illam. Sed si de centro demutentur: relabentur ad cen=

15 trum.nam vbi totum:et totius partes ferri nate sunt ¶ Due differẽtie mobiliũ motus secundum locum et aliorum.

¶ Primo.quia secundum locum mobilia leue et graue: habent in seipsis principium sui motus.augmentabile et alterabile principium sumunt ab extra:quamuis et aliquando ab intra. ¶ Secundo.quia mobilia secundum locum vt graue et leue: habent sua principia substantie propinqua. Alia vero remota. Cuius signum est.quia latio absolutoruʒ atqʒ consecutorum complementum:est: et generatione vltimus motus:quare erit secundum substantiam primus. Cũ enim fit ex aqua aer:ex graui fit leue:ferturqʒ q̃primum sursum iam actu existens et quantum et quale et vbi. Conueniunt tamen quia quemadmodum amoto impedimento: presente nutrimento:augmentabile augetur/et presente alterante:alterabile alteratur. Ita graue extra suum locum positum: amoto impediente:in suum locuʒ fertur/et leue in suum. mouet enim primum impedimentum remouens et vnde resilit. Sʒ de iis in Physica discussũ est sufficienter.

¶ Quarti cap.note.

¶ Omnibus/ ceteris/omnibus aliis. ¶ Substat/natũ ẽ substare. ¶ Grauitas aeris in igne/minor leuitas. ¶ Leuitas aque in terra/minor grauitas.

Quartum cap. continet quatuor diffinitiones. duas
q conclusiones. tres rationes ad secundam. ¶ Pri- 16
ma diffinitio. Graue simpliciter est quod omnibus
substat. vt terra. ¶ Secunda. Leue simpliciter: quod omni- 17
bus supeminet. vt ignis. ¶ Tertia. Graue secundũ alterum 18
graue est cui ambo conueniant. vt aqua substat aeri et supe
minet terre. ¶ Quarta. Leue secundũ alterꝫ leue est: qđ sub 19
stat et supeminet. vt aer igni substans: et aque supereminẽs
Et hec ipsis secundum seipsa: et eorum quantascunq; par-
ticulas conuenit modo qui dictus est: aut substare aut supe
minere. Et quecũq; mixtorũ grauia sunt aut leuia: ab his
sue grauitatis et leuitatis sortiuntur naturam. Et non qđ i
aliquo: altero grauius fuerit: in quocunq; eodem grauius
esse oportebit. Nam ligni talentũ: paruo plũbo in aere gra
uius est: plumbum autem in aqua grauius. Et hoc ideo est
quia omnia elementa preter ignem videntur quodãmõ hr̃e
grauitatem. aer in igne: et quodam modo in seipso vt vtrem
inflatum aiunt: plus trahere non inflato. Aqua in igne ꝛ ae
re. Et terra in igne/aere ꝛ aqua. Hinc fit vt quod plus ter-
re in aliorum ꝑportione habeat. vt plumbum cum peruene-
rit ad aquam inueniatur grauius. Et quod plus aeris vt li-
gnum: ꝙ aque ꝛ plusꝙ terre bene in aere iuenitur grauius:
et in aqua minus graue. ¶ Prima conclusio. Est aliqđ gra 20
ue simpliciter et aliquod simpliciter leue. ¶ Nam est aliqđ
vt terra: quod semper non ꝓhibitum fertur deorsum: vbiq;
grauitatem habens. et aliquod quod semper sursũ vt ignis
et vbiq; leuitatem habens. Est igitur graue aliquod simpli
citer: et simpliciter leue. ¶ Secunda determinatum est me- 21
dium: quo grauia ferantur: et extremum ad quod feruntur ꝛ
leuia. ¶ Primo quia non contingit graue in infinitum fer-
ri: neq; leue. Sunt igitur ea ad que feruntur determinata lo
ca. Hec autem sunt medium ꝛ extremum. Sunt igitur det-
minata. ¶ Secundo. Quia grauia ruunt ad angulos pares
et leuia ita ascendunt. Est igitur determinatum mediũ: quo
versus grauia feruntur. quod an sit vniuersi medium: an ter
re (quia idem esse contingit) dictum est prius. quare ꝛ extre-
mum determinatum ¶ Tertio. Simpliciter graue omnibus
subsidet. Simpliciter igitur leue ei contrarium omnibus su
perfertur: et locum habebit contrarium. Nam contrariorũ

contraria sunt loca. Quod si contraria determinata sunt: et hec c medium sunt et extremum: confectū est ppositū. Unde ite rū recte euenit vt quia duo sunt contraria loca: mediū et extr e mum: duo sint extrema contraria: simpliciter leue et simpli citer graue: que in ipsa ferātur: inter que media sint: que ex tremorum naturam ad alterum participare videant. Fit eti am vt que sursū ferantur pfectiora sint. Nam continent: gra uia vero et deorsum lata cōtinentur. Et cōtinere forme est: contineri vero materie.

Quinti cap. note.

C Ut/difficultate

Uintum cap. continet duas cōclusiones. duas rati
22 q ones ad primā. et duas ad scdam C Prima cōclusio
Quatuor sunt elementa C Primo quia vnū est ele mentū semp natum ferri sursum. Et ei cōtrariū semp natū ferri deorsum. Et sunt duo que modo sursum: modo deorsū comparatione sumpta ad alterum: feruntur. Sūt igitur q̄tu or C Secundo est vnum graue simplicit: vnum simplicit le ue: vnum graue secundum alterum: et vnum secundum alte rum leue. que modo (qui dictus est prius) f eruntur: nūc hic nunc illic grauitatem et leuitatem seruantia. Sunt igitur q̄ tuor elementa. Quare et tot sunt particulares materie. vna tamen omnium nature similitudine communis est. Nam ex altero fit alterum. Et q terra solam grauitatem habeat: et ignis leuitatem solam: aer et aqua leuitatem et grauitatē se cundum alterum: hinc sumitur indicium. quia terra per om nia alia grauitate sua premitur deorsum. Et ignis per om nia: leuitatis beneficio facile conscendit ad extremum. Aq̄ autem igne et aere descendit sua grauitate depressa. et p ter ram non: sed per eam potius vt non omnino leuitatis exps conscendit. Et aer per terram et aquam: sua leuitate iurus ascendit. non per ignem: sed per ignem vt grauitatis vtens officio: descendit. Et q in suis locis plus grauitatis possi dere videantur: hinc videtur posse sumi argumentum. quia detracta terra: facile aqua ad locum terre descendit. et de tracta aqua: ad locum aque facile aer. Detracta vero aqua: sic non facile terra. Et detracto aere: non sic facile aeris lo cum subit aqua: sed difficultate quadam. vt queadmodum quando simul cum superficie eam tangente eleuatur: supfi

ciē secuta vt vacui īpossibilitatē fugiens ascēdit. Et substra cto igne: non sic facile aer conscendit: sꝫ difficultate q̄dā. vt queadmodum substracto aer e: ipse ignis difficile descendit.
¶ Scḋa cōclo. nō oim elemētoꝝ vna est materia vt vacuum/ 23
solidū aut trianguli: que diuersitatū motuū eoꝝ: causa esse possit. ¶ Pꝛio qꝛ oia aut essent grauia aut leuia: ⁊ oia sursū aut deoꝛsū ferrēt. ¶ Scḋo qꝛ si ponāt solidū cām: magnus aer veloci⁹ t̄ra: ferret deoꝛsū. Si vacuū: magn⁹ aer veloci⁹ ꝑuo igne sursū. Nam hunc plus vacui: illū vero plus pleni hr̄e contingeret. ⁊ ita si triangulos posuerit. hui⁹ aūt oppositum semꝑ in natura cōpertū est.

¶ Sexti. cap note.

¶ Admiculum/adiumentum. ¶ Angusta/stricta. ¶ Fusam/amplam.

Sextū cap. cōtinet vnā cōclonē. vnā q̄stionē. respōsionē Democriti. ⁊ ꝓpā solutionē. ¶ Conclo. figura: 24
motū sursū aut deoꝛsū nō efficit: sꝫ cā vt motus velocioꝛ aut tardioꝛ sit: existit. Nā coꝛpa mouēt diuidendo medium. Figura autem (tametsi vim mouendi non habeat) medii diuidendi pꝛebet nunc admiculum nunc pꝛepedimētū: vt que acumē angulūqꝫ habeat facile penetret: q̄ vero lata/expansa/obtusa: ad diuidēdū sit hebes. Non est igit̄ figura: motuū aut sursū aut deoꝛsū effectiua: sed poti⁹ mot⁹ velocitatis aut tarditatis cā. ¶ Questio Cur coꝛpa lata: vt ferrea 25
⁊ plūbea per aquā nō descendant: ⁊ eadē rotunda/aut lōga vt acus: cita velocitate mergant̄: Et ita quereretur cur minuta coꝛpuscula vt pulueres: descendant per aera: ⁊ maioꝛa maneant pendula: ¶ Respōdebat Democritus: hui⁹ causā esse vapoꝛum multitudinē: que ab aqua emittitur/ ⁊ que coꝛpoꝛi lato in superficie obuians: ipsum sustinet: et eius casum defendit. Angusta vero coꝛpoꝛa: ob paruitatem non impedit. Et cum instet. Cum expiret tanta ab aqua vapoꝛum multitudo in aere recepta: quomodo illius coꝛpoꝛis casum in aere non ꝓhibet: cum si hec causa esset: deberet potius id in aere percipi. Soluebat id esse: quia vapoꝛes in aere se nimis diffundant et segregent: visqꝫ illa dispersa et discollecta: mouere minus sufficiat. Sed eius solutio debilis est: poteritqꝫ hec aptari conuenientioꝛ. Coꝛpoꝛum quedam sunt facile diuisibilia. vt que sunt bene terminabilia et que

magis :et magis . vt aer magis terminabilis est aqua:ideo magis diuisibilis. ꝛ aq̃ magis t̃minabilis terra: ideo diuisibilioꝛ.terra vero ad diuidendum inepta.ꝛ eiusdẽ coꝛpoꝛis paucitas:diuisibilioꝛ multitudine existit. Hinc fit vt fusam latitudinem habentia:plus sub se cõpꝛehendant:ꝛ ideo difficilius secent ꝛ diuidant:rotunda vero minus/ꝛ lõga/ꝛ acuta.Et ideo insit eis quedam diuidendi habilitas:ꝛ velocius ferantur mota.Lata vero(modo paria sint)tardius. Et talia per aerẽ velocius: q2 diuisioni p eruioꝛ/per aquã agitãtur tardius.Cum tamen lata ipsa :suspensa ĩmota hereant:ex virtutum compatione cognoscitur.Nam grauitas virtus quedam est:et medii distractio virtus altera:quã cum grauitas superet mouet deoꝛsum.Si vero superet et fiat debilioꝛ:nõ diuidit neq3 distrahit.et tunc suspensa sine motu/ superfusaq3 manent coꝛpoꝛa.Sed de graui ꝛ leui suisq3 accidentibus dictum hactenus putetur sufficienter.

Quarti de celo ꝛ mundo Aristotelis finis.

Tabula Primi de generatõne ꝛ coꝛruptione.

De generatõe autẽ et coꝛruptione/natura genitoꝝ ꝛ coꝛruptoꝝ/de cãis hoꝝ/q̃d altatõ/q̃d augmẽtatõ detminãdũ eẽ 1
Due de hac re opiones pma. 2 Secunda 3
Qui oĩa dicũt eẽ vnũ q̃q3 ex vno oĩa cõstituũt: generatõem ab alteratõe differre haudquaq3 defendere posse. 4
Qi q̃ plures reꝝ ponũt eẽ materias generatõem ab altatione differre dicãt:quã tñ ex suis dictis minime saluare possũt. 5
Platonẽ de generatione ꝛ coꝛruptione insufficientem exsecutum fuisse detminationem. 6
De generatõe ꝛ coꝛruptione incũbere detminatõem. 7
Positionẽ Platonis positione Democriti irrationabiliorem fuisse. 8
Tres Democriti rationes. 9
Utrũ ꝯtingat aliq̃d simplicit generari aut coꝛrumpi: 10
Quare semp fiant/sempq3 pdurent et simpliciter ꝛ secundũ qnid generationes: 11
Cur aliq̃d simplicit/aliq̃d scdm q̃d generari ꝛ coꝛrumpi dicatur: 12
Cur semp ex aliquo coꝛrupto fiat generatio. 13

An illud nõ ens in qđ fit corruptio et ex quo fit generatio: alicui sit contrarium? 14
Nonne eadem sit materia vtriusq3 z qđ corrumpitur et qđ gignitur? 15
Generationem et corruptionem transmutationes diuersas existere. 16
Quid alteratio. z generatio 17
Si in genito aliqua passio maneat que fuit in corrupto: scđ3 passionē illā transmutationē nõ esse. 18
An augmẽtatio ab aliis motib⁹ differat? 19
Augmẽtationē ab aliis motibus differre. 20
An augmẽtatio z diminutio ex corpeo sit potẽtia: z incorporeo actu? Et an corpeũ illud sit a materia seiunctum: an materie coniunctum? 21
Augmẽtationē non fieri ex aliquo separato. 22
Satius sentiendũ eē augmẽtationē et generationem ex vna numero/eademq3 inseparata materia fieri. ratione vero non vna. 23
Quid augeať cũ apponiť aliquid: An id qđ apponitur vt cibus: an corpus cui apponitur an vtrũq3? 24
Aĩatum corpus cui cibus aduenit augeri. 25
Sex augmẽtationis conditiones. 26
Augmẽtationē fieri aliquo adueniente scđm speciem: et nõ solũ secundum materiam. 27
Cibum aucto cõtrarium esse. 28
Qđ augeť vt simili z vt dissimili augeri. 29
Cibum talem esse potentia: quale quod incrementum susce pturum sit actu. 30
Sicut qđ gñať nõ est vniuersale aut singulare quãtũ: s3 hoc vľe aut singulare: ita qđ augeť nõ esse hoc vľe aut hoc singulare: sed vľe aut singulare quantum. 31
Aĩal q̃diu saluať nutriri: nõ tñ sp augeri aut minui. 32
De facere aut pati determinationē facere expedire. 33
Ita et de tactu. 34
Quatuor modi tactus. 35
Due de actione et passione opiniones. 36
Omnifariã simile/omninoq3 indifferens: a suo oĩno simili pati irrõnabile esse. 37
Omnifariam dissimile/atq3 alterum: in suum omnino dissi-

mile non agere. 38
Quecunqꝫ adinuicē agant ꝛ patiant talia esse deberēt sint quodā mō similia ꝛ quodā modo dissimilia. 39
Rōnabile esse:faciens assimulare sibi passum. 40
Q antiqui ad diuersa respicientes dixerūt:hi similia a simi bus/illi dissimilia a dissimilibus pati. 41
Primum faciens impassibile esse:vltimumvero et faciens et patiens. 42
Que non cōicant in maťia in agendo non repati:queꝟo cōmunicant repassibilia esse. 43
Principiūvnde motus efficere:non autē finē. 44
Elementa:ignē/aerē/aquā/terrā suas passiones calidū/frigidum/humidū ꝛ siccum in materia habere 45
Quatuoꝛ opiniones de modo agendi ꝛ patiendi quarum pma est Empedoclis. 46
Secunda Democriti. 47
Tertia Melissi. 48
Quarta Platonis. 49
Leucippū Melisso rōnabilioꝛes habere sermones. 50
Itidem et Empedole. 51
Platonē ꝛ Leucippum diuerso modo sentire. 52
Q Leucippi positio irrōnabilis putanda sit. 53
Passionē p poꝛos fieri mime cū Empedocle eē sētiēdū. 54
Quinqꝫ actionis ꝛ passionis conditiones. 55
Continui ptem quālibet diuisibilem esse. 56
Haud credendū esse nichil generari/nichilqꝫ coꝛrumpi post se non scissis coꝛpoꝛibus. 57
Non fieri generatōem atomoꝛum collectione. 58
Scrutari opoꝛtunū esse:q̄d mixtio/quid miscibile:sit ne mixtio/aut id quidē impossibile sit/ꝛ si sit quo mō sit 59
Mixtionē differre a generatōe/alťatōe ꝛ augmētatōe. 60
Mixta in tertio non actu sed potentia manere. 61
17 ste molis generatur cometes. ¶ Secunda opinio est vocatorum Pythagoricorum dicentium cometam: vnam eẽ stellarum errantium que diu latuerit sub radiis solaribus: que modico excessu a sole disgreditur. quod Mercurio accidit. Et ideo cometam visibus humanis se prebere conspiciendum. ¶ Sed neqȝ id verum quidem est. Primo. Quia non modo circa errantes stellas apparent come: sed et circa alias. Quod et nosipsi vidimus circa vnam stellarum: que sunt in femore Canis. Nec solum Egyptiis (qui idem asserunt) credimus. Et coma illa debilis fuit ꝛ magis in partibus astro adiacentibus ¶ Scdo qꝛ si esset vna stellarum errantium: sẽper appareret cometa sub signifero circulo. Nam illic semper meant errantia sydera. sed omẽs qui adhuc tꝑibus nostris visi sunt: sine occasu super horizontẽ disparuerũt cõsũpti: extra signifer ambitũ existentes. et sub Asio ꝑncipe ap

paruit vastus/horrendusq; Cometes rigente hyeme & gelu & serenitate: vespi añ solē occūbēs. Et ideo prima die paruꝫ apparuit: postea magis. q̄ lumē suū ad ṫtiā celi pt̄ē extendit: iō noiatus est via. et ascēdit vsq; ad zonā orionis & illic con sumptus disparuit. Et he itidē rōnes faciūt cōtra Democritū

¶ Tertia opio est hippocratis Coi & Eschylli eiꝰ discipuli/ suoꝝq; sequaciū: dicētiū corpꝰ Comete stellam esse errantē & comam accipere ꝓpter locum humore a sole ad ipsum ele uato et lumie refracto. & a medio tropicoꝝ loco non attra- here aquam: quia consumpta est a solis latione. Ideoq; il- lic comā non gerere: et qñ est in declinatione ad austrum: qꝛ breuis est decisio circuli sup terrā relicta & magna sub terra Et q̄uis copiā aque habeat: visus tamen non bene ptingit ideo illic non apparet. Cum vero ad boreā relictus fuerit: qꝛ illic magna circuli decisio sup terram relicta est: accipit co mam et apparet cometa ¶ Sed q̄ non recte sentiant Patet primo. quia omnis cometa sub signifero circulo inciperet & deficeret. multi autem extra circulum visi sunt: & plures vno simul facti sunt. ¶ Secundo si per refractionē humore ele- uato appareꝛꝫ coma: deberet interdum comam relinquere/ et interdum eam resumere. ¶ Tercio. quia preter quīq; stel las nullus appareꝛꝫ vnq̄ꝫ Cometa. id autem falsum est. sed visus est: & q̄nq; preter ipsum super horizontem eleuate stel le. ¶ Quarto falsum est in medio Tropicorum loco & Au- stro non apparere cometam. Nam circa magnum terre mo- tum in Achaia (cum fluctus burim et Elissen Achaie vrbes operuerunt) ortus est in Equinoctio magnus Cometes tē- pore estiuo. Et iam multi facti sunt ad austrum. Sub atheni ensium enim gloriosissimo principe Dolone facta est coma ta stella circa Tropicos hyemales: et sole illic existente mē se Gameleone quem Octobrem dicimus ¶ Quinto. tantam refractionem astri esse quantam comam visi sunt habere co mete impossibile est. Constat igitur omni ex parte Hippo- cratis et Eschylli determinationē non esse recipiendā.

¶ Quarti cap. note

¶ Pogon pogonos/barba. Hinc Pogonia: cometes cui inferiore ex parte in speciem barbe: longe promittitur iuba ¶ Est & visus aliis seculis incognitus sub Augusto Cesare

candidus cometes argenteo crine ita refulgens vt refulgẽtie excellentia vix contueri liceret specieq3 humana dei effigiem in se ostendens vt prodit C. Plinius. Sed quis nõ intelligit hoc domini prenuncium fuisse astrũ: cum voluit deus homo in terris videri: et cum hominibus nostram sortem miseratus conuersari. ¶ Eleuantia exhalatões et vapores/ sol/planete/et astra. ¶ Hypercauma/ Epicauma/incendiũ sursum apparens. ¶ Tropici/termini vie solis

Quartum cap. cõtinet causas comete. eius generationem. eius diuersitatem. Signa q sit calide et sicce nature. Cur non multi passim/cur raro/et cur freqntius extra Tropicos appareant. Et preter litteram Aristotelis significationes comete ¶ Comete cause. efficiens. sol/

19 planete/astra. Materia. exhalatio calida et sicca ¶ Comete generatio. Cum eleuatur exhalationis calide et sicce multi

20 tudo vsq3 ad illam supremam aeris regionem in ignis cõfinio existentem/circulari motu agitatam: que quidem cõpacta sit et densa/bene inflammabilis: sic ut nõ multum exuratur/neq3 cito extinguatur/habeatq3 subiectam dispositã exhalationem ascendentem vt aptum et conueniens pabulu3: tunc fit stella comata. Facile enim propter ignis viciniam et loci sui dispositionem inflammatur: et ad illius summi aeris motum: syderis cursum imitatur. Et hic flammam in modum crinis circunquaq3 dispergit qui crinitus dicitur: hic deorsum demittit et tunc pogonia est quem barbatum dicimus: hic vero in latus porrigit et hunc dicunt caudatu3.

21 ¶ Cometarum diuersitas. Horum est duplex. Quidam per se apparet non in loco astri: et totus est Hypercauma. Alius sub astro/nunc sub erratico/nunc sub alio et fit in modũ Halonis circa solem aut lunam: nunc crinem/nunc Pogona/nunc flammam in latus porrigens. Sydus autem comã non habet. Hoc tamen interest. Quia Halon fit refractione vt postea fiet manifestum: cometa vero flamma et incendio. Hinc fit vt Hippocratis ad solem refractio parum sit probanda: quia frequentius per se fit neq3 circa solem ne=

22 q3 astrum aliquod: q̃ circa astrum. ¶ Signa q cometa calide sit et sicce nature. Cometam ignee esse consistentie et nature hec sunt indicia. Quando apparent comete: validi perflant venti et siccitates sunt multe. Hoc enĩ ideo est qr eleue=

tur exhalationis multitudo humidum euaporans et soluēs: vt in aquam concrescere/densari/soluiq; non possit Et cum comete pauciores/minores/et rariores:pauciores erūt venti ac siccitates. Cum vero maiores:validiores erunt venti et anni sicciores. Et memoria ꝓditum est aliquando sic inualuisse spiritum:vt magnus lapis sublatus fuisset in aera qui in Egyptios lacus claro die decidit et circa noctem apparuit cometes horrendus:hyems sicca fuit/ Boreas in Nilū obtinuit faciēs fluctus et īundationem.et Auster extra fluctum:impetu valido ꝑflabat et arida impetebat loca Et sub principe Nicomacho circa circulum equinoctialem exort⁹ est cometes diebus paucis ꝑdurans/a vespera ortū faciens quo tempore insolitus ventus vexauit Corithū. Hec sufficientia prebent argumenta: cometem nature esse ignee calide et sicce. ¶ Et si queras cur non multi simul passim: cur raro: cur frequenti⁹ extra Tropicos fiant: ¶ Hoc ideo est.q2 raro materia tāta eleuata est:vt sufficiat facere cometā vnū aut multos. Et ꝓpter disgregationem et solutionem materie que fit nunc a sole/nunc ab astris/ et feruore solis semꝑ illac discurrentis/sub tropicis fortius dispergitur atq; dissoluitur materia:ꝙ extra illum celi ambitum. ¶ Preter littere Aristotelis sententiā comete significationes presignat bonorum sterilitatem/ventorum impetum/bella/ Principū lethum/et seditiones. 25

Tu steriles agros et inania vota coloni:
    Siccus et efferuēs seue cometa facis.
Cum crinem ostentas:tūc ventoꝝ impetus vrget:
    Oppida . Tu bella sanguinolenta moues.
Principibus lethum:tu sediciosa minaris.
    Sic variis mundus ducitur auspiciis.

¶ Quinti cap.note.

¶ Lac primo: est circulus albus celum cingens (vt aiunt) per Geminos et Capricornum transiens/sub noctis serenitate conspicuus:de quo meminit Ouidius.

Est via sublimis celo manifesta sereno
Lactea nomen habet candore notabilis ipso.

¶ Secundo.lac est exhalatio sub ipso aggregata celesti cir

culo: eius candoris similitudinem representans. Et causat candor in illis vt colores causari dicti sūt. Celestis semper sub nocte serena apparet: impressionis non semper. ¶ Lac via lactea/ Galacia. Gala enim dicunt greci lac. ¶ Emphasis/ demonstratio. ¶ Sporades/ dispse.

q

Uintum cap. continet tres de lacte opiniones. earum improbationes. et propriam determinationē.

24 ¶ Tres de lacte opiniones. ¶ Prima est Pythagoricorum dicentiū Phetontem semel hac currus trāsisse paternos: et hanc celi partem exustam incāduisse: hincq; nobis adhuc lac apparere. ¶ Sed inconueniens est non intelligere hac de causa zodiacum circulum iam exustum esse debere et magis q̄ lacteus circulus. Nā sub eo semper sol decurrit et omnia errantia sydera. At nichil tale passus cōspicitur (nobis enim totus manifestus est circulus: et quali bet noctevidetur dimidi⁹) nisi ea ex parte qua coniungit lacteo circulo.

25 ¶ Secunda est Democriti & Anaxagore dicentium lac esse proprium lumen aliquorum astrorum adinuicem congregatorum. Dicebant enim solis aspectu propriū lumen astrorum impediri videri: sed terra interposita non impeditum videtur: et lac ipsum nuncupatur. ¶ Sed nō ita est. Primo quia lactis circulus semper apparet sub eisdem astris. At continue essent alia et alia que a sole non inspicerentur: translato igitur sole oporteret et lac transferri. ¶ Secundo. Quia astronomicis theorematibus cognitum est solem esse multo terra maiorem: et astra multomagis a terra q̄ sol & luna: distare. conus igitur terrestris vmbre deficit citra astra: ad eaipsa solarem aspectum non impediēs.

26 ¶ Tertia est dicentium lac radiorum solis refractionē: vt de cometa. Sed neq; hoc verum est. Primo. quia non semper deberet apparere in eodem loco. vt impossibile est eandem Emphasim continue in eadē speculi parte fieri: si speculum aut res moueatur. Mouentur autem continue sol et astra. ¶ Secundo. quia apparet nobis lactis circulus in aq̄ de nocte: vbi non potest esse talis refractio. Non igitur fieri oportet hanc Emphasim atq; candoris manifestationē: ob radiorum rarefactionem. ¶ Aristotelis determinatio.

Uirtute astroꝝ q̄ sunt in celesti lacteo circulo: eleuāt exhalationes multe: vt fit in generatiōe comete: in qua q̄dē recipit atq; refringitur lumē astroꝝ illic existētiū et illi⁹ ptis celi. Fitq; hūc in modū circul⁹ magnus albus (vt sub astri rotūditate fit circulus halon) q̄ lactis circulus dr̄. Et id quidē rōnabile est. Nā si vnū astroꝝ sufficit materiā eleuare vnde possit pdire cometa: multo q̄dē fortius magna astroꝝ multitudo: que in via celi lactea late effulgēt (quas sporades dicunt) materiā sustollere poterit: ī qua hec ps celi formetur/ repsenteť q;. Adde hunc lacteū circulū nō fieri inter Tropicos vt neq; cometes: sed extra vbi exhalationum vis maiore perdurare possit indissoluta tpe: et vbi eē possit maioris materie representationis cōmoditas. De flāmis igiť appentib⁹ de phantasmatib⁹/ de cōetis/ et lacte hec dicta sufficiant.

Primi Meteoroꝝ finis.

Tabula secundi Meteororum.

Cause pluuie: efficiens celi circul⁹/ materia vapor calidus et humidus. 1
Pluuie generatio. 2
Quo differant nubes et caligo. 3
Preter littere Ari. sentētiā vnū et viginti pluuie signa. 4
Roris et pruine cause: efficiēs sol astra/ materia vapor 5
Roris generatio. 6
Pruine generatio. 7
Differentie roris et pruine. 8
Due conuenientie. 9
Preť lr̄e Ari. sentētiā: roris et pruine accidentia. 10
Cause niuis eedem cū pdictis. 11
Niuis generatio. 12
Quo pacto pluuia/ ros/ pruina/ et nix conueniant. 13
Preť lr̄e Ari. sententiam quatuor illius accidentia. 14
Ubi generatur grando? 15
Quo tp̄e magis genereť grando. 16
Preť lr̄e Aristotelis sētentiā q̄nq; grandinis accidētia 17
De fluuiis et spiritib⁹ nōnulla determinare expedire 18
Opinio de fontium et fluuioꝝ generatione. 19
Generatio fluuioꝝ et fontium. 20
Duo huiusce rei signa. 21

Cur loca demutēt/varientq;:nunc terre nūc flumina. 22
Quo mō contingant Cataclysmi 23
Cur aliq̄ fluuii videant̄ ppetui et alii non? 24
Neq; Tanaim neq; Nilum semp fluxisse 25
Tres de maris generatione opiniones Prima quorūdam circa theologiam versatorum. 26
Secunda. 27
Tertia. 28
Tres de loco maris opiniones Prima est dicentium mare esse principium aquarum. 29
Secunda dicentium ipsum circa terrā esse diffusum: spherā faciens. 30
Tertia est que scripta est in Phedone. 31
Quis maris locus. 32
Cur tot et tanta in mare labentia flumina non videant̄ ipsū efficere maius? 33
An semper erit mare An aliquando desiturum sit? 34
Tres de salsedine maris opiniones Prima est dicentiū solem dulce eleuasse et reliquisse salsum. 35
Secunda dicentium fluuios mare salsum reddere. 36
Tertia Empedoclis dicentis mare terre sudorem esse 37
Quo pacto generatur maris salsedo. 38
Septem signa salsedinis maris. 39
Unde fōtes et flumina varios pticipent colores/sapores et naturas. 40
Pret lr̄e. Aristotelis sētētiā varia aquarum miracula 41

Primi cap. Primi tractatus scdi Meteororum note.

¶ Stilla/gutta.

Ecundus liber Meteororũ cõtinet tres tractatus. Primus quattuor cap. Primũ causas pluuie. eius generationem. et vnam caliginis et nubis differentiam. Et preter littere Aristotelis sententiam vnum & viginti signa pluuie. ¶ Cause pluuie sunt. efficiẽs celi circulus maxime solis: q̃ ppe nos decurrẽs vapores eleuat/& disgregat q̃s sua absẽtia cõgregat. Materia sũt est vapor calidus & hũid[9] sursũ lat[9]. 1

¶ Pluuie generatio. A sole & aliis astris eleuantur vapores ab aqueis locis (est enim vapor aque halitus) qui diu in aere suspensus et ob medie regionis frigide contactum dẽsatur infrigidatus/atq3 iterum per stillas deorsu3 erumpit: fitq3 pluuia. Que si minoribus stillis crebra descendit: imber: Si maioribus pluuia: Si impetuose/subito/et grossioribus totis simul: labrocera dicatur 2

¶ Differentia. inter nubẽ et caliginem hoc interest: quia nubes est crassior ille vapor visus in aere suspensus: qui tandem soluatur in aquam. Caligo autem itidem suspensa nebula est sed que non soluatur in aquam: que dispergitur et dispersa vanescit. Est enim caligo velut nebula sterilis. Fit hinc vt caligo magis sit serenitatis signum. Et generatio nubis ex vapore: et pluuiaru3 ex nube: imitatur solis circulum. Nam sole existente prope: eleuantur vapores fiuntq3 nubes. quo elongato: iterum descendunt. Calidum enim eleuat et frigidũ deprimit. Et hoc semper vt fluuius effluens et relabens secundum ordinem Et forte hunc semper nature serie seruata indeficiente3 fluuium: vt diuine prouidentie flumen priores sub enigmate & velata allegoria Oceanum terre semper circunfluum vocauere 3

¶ Preter littere Aristotelis sententiam vnũ et viginti pluuie signa. Mergorum e flumine celer volatus atq3 clamor. Fulice in sicco ludentes. Ardea super nubem euolans Sydera cadere visa. Albescentes flammarum sub obscura nocte tractus. Palee et frondes eleuate volitantes. Plu= 4

me in summa aqua colludentes. Ex parte Boree: Euri/ Zephiriqꝫ tonitrus. Grues in aere fugam agitantes. Vacca in celum suspiciens et captans naribus auras. Hirundo lacꝰ circũuolitans. Rane in limo q̃rule. Formica oua extollens. Celestis arcus apparitio. Agmen coruorũ e pastu rediens alis strepens. Fluuiales auesvndis r elictis prata querere. se frustra lauare gestiẽtes. Garrl'a cornix. Cornix sola dispaciata harena: caputvndis obiectans et immergens. Ignis in oleo scintillans. Et fungi crescentes: pluuias et tẽpestates (vt cecinit maro) presagiunt.

Jam sibi tum curuis male temperatvnda carinis:
Cum medio celeres reuolant ex equore mergi:
Clamorẽqꝫ ferũt ad littora. Cunqꝫ marine:
In sicco ludunt fulice. Notasqꝫ paludes
Deserit: atqꝫ altam supra uolat ardea nubem.
Sepe etiam stellasvento impendente videbis:
Precipites celo labi. Noctisqꝫ pervmbras:
Flãmarum longos a tergo albescere tractus.
Sepe leuem paleam ⁊ frondes volitare caducas.
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At Boree de parte trucis cum fulminat: et cum
Euriqꝫ/ zephiriqꝫ tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis atqꝫ omnis nauita ponto:
Humidavela legit. Nunq̃ imprudentibus imbre
Obfuit: Aut illum surgentẽvallibus imis:
Aerie fugere grues. Aut bucula celum
Suspiciens: patulis captauit naribus auras.
Aut arguta lacus circũuolitauit Hirundo.
Etveterem in limo rane cecinere querelam.
Sepius ex tectis penetralibus extulit oua:
Angustum formica terens iter. Et bibit ingens
Arcus. Et e pastu discedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Jamvarias pelagivolucres (et que Asia circum
Dulcibus in pratis rimantur prata Caystri)
Certatim largos humeris infundere rores:
Nunc caput obiectare fretis nũc currere invndas:
Et studio incassumvideas gestire lauandi.

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.
Et sola in sicca secum spaciatur harena:
Aut caput obiectat querulū venientibus vndis.
Nec nocturna q̄dem carpentes pensa puelle
Nesciuere hyemem: testa cum ardente viderent
Scintillare oleum. Et putres cōcrescere fungos.

Secundi cap. note.

¶ Serenitas/est a nubibus: aeris puritas. ¶ Trāquillitas vo: est in aere fluctuantiū ventoꝝ vacuitas.

s Ecundum cap. cōtinet causas roris ꝛ pruine. eorū generationes. tres eorum differentias. et duas cōuenientias. Et preter littere sententiā roris ꝛ pruine accidentia ¶ Roris ꝛ pruine cause. Efficiens: sol ꝛ astra. 5
Materia: densus vapor/paruūq; caloris habens ¶ Roris generatio vapor qui paululum de die eleuatus fuerit: ob calidi sursum ducentis paucitatem: tēperate noctis frigore deorsum ducitur atq; in aquā soluitur. qui in aquā v̄sus ros dicitur. Fit enim cum non fuerit estus sursum ducens ꝛ exsiccans: neq; frigus constringens et gelans. Et q̄ gignaꝭ pe signum est: quia tum non longe suspendiꝭ vapor ¶ Pruine generatio. fit vt ros: sed priusq̄ vapor in aquā v̄sus cernatur: gelatur. Et fit hyeme/magisq; hyemalibus locis. 6 7
¶ Tres roris ꝛ pruine differentie. ¶ Differūt p̄mo. q2 cum fit ros: vapor non gelaꝭ. quod facta pruina contingit. ¶ Secundo ros temperiē requirit: pruina autē non: sed frigor[?] lapsum ¶ Tertio quia ros fit flante Austro ꝛ non Borea (nisi in Ponto: vbi opposito fit mō) nam Austrini flatus temperiem parant: Boreas hyemem. Est enim frigidus et suo frigore exhalationis caliditatē extinguens: p̄terq̄ in Pōto vbi Auster distans temperiem facere nequit. Boreas autē illic propter frigiditatem Antiperisthasim faciens (que contrariorum circunstantia est) calidum congregat et magis euaporat. Hinc fit vt in exteris locis id etiam percipiatur. ꝛ putei flante Borea plus effument halentq; q̄ flātibus Austris. Sed Borealia extingunt antequam cōstent. Austri autem congregare sinunt. Et pruina econtra fit magis flante Borea ¶ Due cōuenientie. Cōueniunt p̄mo q2 ambo fiūt tēpore sereno/ꝛ tranq̄llo. Nō existēte eni serenitate vapores apti eleuari nequeunt. ꝛ flante vento consistere non possunt 8 9

¶ Secundo q2 ros et pruina in altis montibus non fiunt. Primo q2 vapor (ex quo gignunt) densus est et par caloris habens: vnde possit in preruptorũ verticem montium sustolli: sed ꝓpe terrã dimittit. Secundo q2 montiũ vertices vento agitant. Non consisteret igit vapor: vnde illic ros atq3 prui
10 na fieret. ¶ Preter litteram: roris et pruine accidentia. ros frumenta collecta putrescere facit. Sereno fit tempore. Ex rore oues lethalem fluxum cõcipiunt. Pruina plerumq3 fetet. descẽdens: serenitatem: ascẽdẽs futuꝝ indicat Jmbrem
Rore seges collecta perit. Sunt rorida tempe.
Rore et oues paste ventre fluente cadunt.
Cana pruina olida est. Descẽdẽs ipsa serenat:
S3 si conscendat tp̃a pulla notet.

¶ Tertii cap. note

¶ Ephemerus/ quotidianus: vnius diei/

t Ertiu3 cap. continet cãs niuis. eius generationẽ. ⁊ vnã conuenietiã. ⁊ preter littere sententiã accidẽtia
11 niuis ¶ Cause niuis. Cum p̃dictis eedem sũt ¶ Ni
12 uis generatio Nix generatur cum nubes (p̃usq̃ in humore3 stillet) congelatur. Et hoc est frigiditatis regiõis (i qua fit) signũ et tp̃is. Non eĩ cõstringeretur ac gelaretur: multa existente caliditate et nõ supuincente frigore. debet tamen aliq̃d caloris eẽ nubẽ eleuare sufficiẽs
13 ¶ Cõueniẽtia Cõueniunt pluuia/ ros/ pruina/ et nix. Nam fiũt ob infrigidationem oĩa. Et pluuia ⁊ ros sunt idem. et pruina et nix idẽ: sola paucitate et multitudine distãtia. Nam pluuia ex multo vapore multis locis/ ⁊ multo tp̃e collecto: generatur. Ros ex pauco vt Ephemero vapore. Et pruina ex gelato vapore. Nix
14 vero ex gelata nube. ¶ Preter littere sententiam quattuor niuis accidentia Nix nimiũ albet: fortiter visum dispergẽs. Per flocculos cadit. Messem auget. Semper in altis saluatur montibus.
Candida nix nimium: tu fũdis acumina visus.
Tu cadis vt floccus. Messibus apta venis.
Hismaron et Rhodopen ⁊ Caucasõ Othryn ⁊ Alpes
Preruptos mõtes tu sine fine tegis

Quarti cap. note

¶ Antipisthasis contrarioꝝ circunstantia. Pont⁹/ regio ad Boream. est et id mare quod a palude meotide vsq3 in Te-

nedū ptendit ❡ Labrocere/nimbi.
Quartū cap. cōtinet duas qstiones. antiquorū respō
q siones. earū improbationes: secunde tribus rōibus
et pprias solutiones. ❡ Prima questio. vbi genere 15
tur grando? ❡ Dixerunt sursum generari. et aquam ob stil
lar puitatē suspēsā manere in aere (queadmodum contin
git aurum/et pleraqꝫ terrea corpora ob molis paruitatē aq
supernatare) et illic congelari. et postea cōgregata multa si
mul: cadere grandines. Sed hoc eē non potest qz congelata
copulari nequeunt: queadmodū humida. ❡ Secunda. quo 16
tempore magis generet grando? Et videt hyeme. Nam grā
do est vt crystallus. Fit autem congelatio hyeme. maxie tñ
vere apparet z autūno tpe fructuū: et tranquillioribus locis
Dixerunt magis estate fieri. Et cum nubes ad tante altitu
dinis aerem puenerit qui maxime sit frigidus: qz solariū re
fractōnem radiorū non amplius sentiat: illic aquā gelari/fi
eriqꝫ grandinem. et hoc maxime estate euenire contingere:
quandoquidem copiosus sit calor nubes eleuare et sursum
pellere sufficiens ❡ Sed neqꝫ hi recte sentiūt. Primo Nam
invalde altis locis non fit grādo. Videremus enim eā (quē
admodum et niuem) aliquando in ipsis genitam. ❡ Secun
do. quia sepe vise sunt grandinose nubes cum sono non lon
ge a terra delate: qui horrorem et metum audientibus z vi
dentibus ingerebat terribilem: tanq̃ aliquo alio maiore futu
ro. ❡ Tertio quia aliquādo mire magnitudinis cadit gran
do: omnimodā gerens figurā z non rotundā. Signū igit est
ex nonvalde alto loco ruere neqꝫ invalde alto genitā eē.
❡ Prime questionis solutio. Antiperistasis (que est contra
riorum circunstantia) ipsorum auget vehementiam. et hinc
fit vt estate inferiora loca frigida sint z hyeme calida. qua
re estu valido existente: media aeris regio frigidior est suis
circundata contrariis. Et ex nube citius aquam eliquat et
grossiores gutte (quas labroceras dicimus) fiunt: que im
petuose et tote simul decidunt ob congelationis celeritatē.
Ita circunstante contrario fiunt gutte labrocere que (ꝑusq̃
decidant) gelantur: que congelate grandines dicuntur. Et
quando propinquius fiunt: maiores apparent. quia paruo
ferantur interuallo. quādo vero remotius: minores atqꝫ ro
tunde. ❡ Secunde. Minus estate et hyeme q̃ vere z autūno

ꝛ fructuū maturatione.q;ver et autūnꝰ ꝛ maturescētiū fructuū tp̄s calidū satis est et humidū:vt vapores eleuent/ꝛ antiperistbasis fiat.Adde ꝙ q̄n vapor eleuari sufficit tempore calido:medius aer ex contrariorum circunstantia valido cōcepto frigore:vaporem citius gelat. Multi enim cito aquā infrigidare volentes:primum eam ad solem ponunt. Et in ponto circa calamos aquam calidam fundunt: vt illic citiꝰ geletur. Utuntur enim in pisciū captura glacie vt plumbo: vt calami quiescant.Et hac ipsa de causa circa Arabiam et Ethiopiā estate ingrauescunt imbres et in die frequenter:ꝛ
17 non in hyeme. ¶ Preter littere Aristotelis sententiam grandinis quinq; accidentia.Deorsum per globos ruit vt Crystallus.Messem enecat.Interdum cum sono et strepitu auditur.Cum pluuia cadit.Multimode existit figure:aliquādo hoim/aliq̄n ferar̄ effigiem retinens.

Grando globū vitrei Crystalli imitata:deorsum:
  Decidit.et vitem strataq; farra necat.
Horrendoq; sono mortalia pectora terret:
  Nubis:et euentu deteriora rata.
Mixta ruens imbri.variis formata figuris.
  Et faciē visa est sepe habuisse fere:

Primi cap. secundi tractatus note.

¶ Meotis/Scytharum maxima palus in pontum defluens
¶ Pernasus/Phocidis mons biceps in quo Castaliꝰ musis fons sacer existit.

Secundus tractatus cōtinet duo cap.

Primum vnam conclusionem/ vnam de generatione fontium et fluuiorum opinionem.et eius impugnationem.fontium et fluuiorum genera-
18 tionem et duo signa. ¶ Conclusio. Expedit de fluuiis et spiritibus aliqua determinare. ¶ Nam de his ab antiquis nichil dignum relictum est.Dixerunt enim aliqui ventum: aerem esse agitatū et fluentē.et idem esse nūc aerem/nunc nubem nunc ventum

quia cum quiescens fuerit vocant aerem. cum densus & mul
te crassitudinis: nubem. & cum motus: ventum. Et omēs vē
tos eundem esse ventum sapienter credunt affirmare. Sed
accidit multos vel sine inquisitōe satius sic inquirētibus di
cere. De ventis autem postea exquisitam facturi sumus dete
natōem. quid sit/quomodo fiat/q̄d moueat/vtrum fluat quē
admodum ex vase: quousq; totum fusum sit. aut sicut ex vtri
bus emissum vt pictores effingunt. Et de aquis cōsimiles
pene habuerunt determīationes. ¶ Una de fontium & fluui 19
orum generatione opinio. Dixerunt fluuios fieri multa aq̄
a sole eleuata: et iterum in terre magno aliquo ventre con=
gregata. a quo effluunt omnes: aut alius ex alio: colligit q;
in terre susceptaculis hyberno tpe hec aqua. Et hinc fit vt
fluuii & fontes estate q̄ꝫ hyeme maiores exuberent. Et hoꝝ
fluuiorum hos perpetuos asserunt: quoꝝ susceptacula mul
tam copiam colligunt: & que nō prius deficere possint q̄ꝫ ex
hyeme nouos imbres & nibos recolligāt. Hos vo nō ppetu
os: quoꝝ aluei & receptacula paruam continent aquam: et q̄
deficere possit p̄usq̄ꝫ ex hyeme nouos recuperent imbres. sꝫ
quō ex susceptaculis terre nascerentur aque: que per annū
decurrere videntur cum magnitudine & mole: ipsius t̄re su=
perent magnitudinem. ¶ Fluuiorum & fontium generatio. 20
Sicut super terrā ex aere: supante frigiditate fit aqua: ita
et in terra eandem ob cām ex aere fiet aqua/& continue qui
dem que facta erumpit. Et sicut sup t̄ram ex multis paruu
lis stillis aliis tandem coeūtibus crebrior colligit aqua/ fit
q; aque multitudo: sic in terra ex p̄uis colligit. Et p̄mo fiūt
scaturigines in p̄ncipium fontis aut fluminis cōuenientes.
¶ Duo signa. Primum aque ductus parantes non lōge de 21
fossa humo aquam reperiūt: terra itidem a summo veluti su
dante repta. ¶ Secundum quia ex magnis montibus maxi
mi fluuii & stagna oriunt. q̄ libere omni ferme ex pte aerea
attingant loca. que vt spongiosa fistulosaq; suspensa: mult
ex locis concipiunt atq; p̄ducunt aquam. In planitie autē
campestri rari fiunt admodum. In Asia enim ex Pernaso
ad hyemalem orientem monte maximo effluunt Bactrus/
Coaspis/Indus & Araxes cuius pars Tanais in Meoti=
dem effluit paludem. Et ex Caucaso maximo mōte ad esti
ualem orientem (qui ob sui p̄ruptam magnitudinem a naui

gantibus in imis stagni videtur:et cuius sūmitates ad tertiam noctis partem a sole illustrantur)effluūt plurimi ⁊ maximi ⁊ Phasis. Ex pyreneo ad occidentem equinoctialem in Celtica effluunt Istrus ⁊ Tartessus. Istrus quidem per totam Europā in mare Euxinum. et Tartessus extra colūnas. Ex Ethiopicis montibus: Egon ⁊ Nises ⁊ Cremetrius. Ex Pindo: Achelous ⁊ Inachus. Ex Scombro: Strymon/ Nestus/ ⁊ Hebrus. Ex argēteo mōte: Nilus. Ex Rhodope plurimi. Sed qui adducti sūt testimonii grā sufficiant Absonū igit esset existimare vnum terreventrē ex quo oēs educant flumii. Et neqꝫ quidē recipere sufficeret neqꝫ ipas nubes. Et fiunt hunc in modū fontes. Et sunt sub trā vt q̄dam stagna ex scaturiginibus invno loco collecta:non tāta vt aliquid accidat incōmodi. Et esse hm̄oi subtraneos meatus ⁊ aquarumvoragines hinc sumitur indicium: q̄ sepe loca absorbentur coopiente aquavt circa Peloponnesum et Arcadiam sepius accidit. Circa Hellademvo raro. Et sub Caucaso stagnum est(quod illic vocant mare)quod plurimi et magni ingrediunt fluuii aptum egressum non habentes:quos dehiscens deriuat sub terra circa profunda Ponti. vbi nullus quivnq̄ descenderit:potuit satis ꝓfunditatis tminum rimari. Et hinc distantia trecentorū stadiorū aquā potabilem reddunt terre. Et circa Ligusticam:fluuius non minor Rhodano(qui fluuius est ꝑnauigabilis)absorbetur. Indicium igitur sufficiens est terram lacunas ⁊ aquarum voragines continere.

Secundi cap. note.

¶ Hellas Grecia ¶ Hellenes Greci ¶ Cataclysmus / diluuium inundatio.

S Ecundū cap. cōtinetvnā q̄stionē. Rn̄sionē. Quō cōtingāt Cataclysmi. Cur aliqui fluuii videntur ꝑennes alii non. Etvnum correlariū. ¶ Questio cur

22 loca demutenturvarienturqꝫ nunc terre nunc flumina: vt q̄ ꝑ̄us arentia extitere:nunc obruta sint aquis. et que prius aq̄ operuit: modo sint arida. vt vbi nunc mare: prius terra. Et vbi nunc terra: prius mare fuerit. ¶ Huius ratonē assignamus quia omnia hec nature seriem seruant suaqꝫ finiuntur Periodo. Ut enim ex sole ⁊ celo: plante ⁊ animalia statum habent ⁊ sue durationis rationemvt adolescant/ vt iuuenta

consistent/vt senecta tabescāt: Ita eadem ex cā virtutē partes terre accipiūt differentē. Et incipiunt humida fieri ꝛ ad tps aquosa manēt. Deinde exsiccant atqȝ senescunt iterꝫ. Et cō=simili mō fit maris permutatio. vt vbi nūc excrescit: terram relinquet arentē. et vbi nunc fluctibus vndat: aliquādo stag=natū ꝛ exsiccatū iri necesse est. Et huius rei plurima sūt ar=gumēta Egyptus enī exundante Nilo coopta: hinc stagnat hicqȝ repaꝛ: vt sepe noua fieri videaꝛ. Et ora Nili oia: ma=nufacta videntur excepto vno Canobico. Et olim Egyptus (vt homerus refert) Thebe fuerūt: necduȝ Memphis erat. Et hec rerum vicitudo/ꝑmutationūqȝ alternatio: Helladi argiuoꝝ regioni/et Mycenee Myceneoꝝ tpe Troie acci=dit. Nam argiui stagnantem habebant Helladem: et q̄ pau=cos alere posset. Mycenea vero ferax et ꝑata. Et in opposi=tas verse naturas Mycenea stagnat. Illa vero siccaꝛ vtilis nunc facta est. ¶ Et si q̄ras. si ita sint reꝝ vices/ terrarum ꝛ aquarum permutationes: quomodo nos lateant? ¶ Dicimꝰ cum īcipiant longis tempoꝛibus fieri: vita autem nostra ci=ta fugit ꝛ labiꝛ. nunc fame/ nunc bello/ nūc infirmitate cito absumimur. Hi regiones permutant et emigrant in alienas Hi autem permanent: sed tempus facte permutationis non attingunt. Illi autem cum regio non amplius alere suffici=at: in alienas se transferunt oras. Hinc omnis interit memo=ria et posteritatem latet. Et si quando memoꝛia facta est: lō=ginqua deleuit antiquitas. Et qui has consyderauerunt per=mutationes: dixerunt nonnulli mundum de nouo generari ꝛ mundi generationem harum causam esse. Sed hoc deridicu=lum est. ob paruas scilicet et momentaneas permutationes: totum permutari extimare opoꝛtere. Terre autem moles et magnitudo circa cuius partem aliquam fit permutatio: ad totum vniuersum nichil omnino esse videꝛ Sȝ cā dicta est q̄ rerum a natura determinatus sit exitus/determinataqȝ Pe=riodꝰ ¶ Quō cōtingant Cataclysmi. Sicut anni quatuoꝛ sūt 23
determinata tempoꝛa ver/estas/autumnus/et hyems: finem periodūqȝ seruato oꝛdine retinentia. sic circa ptes terꝛ loca cōsimilis naꝛe lex obseruaꝛ. Et cū ad hyemem vsqȝ suā de=ducta sint: Ingrauescūt vnde: fitqȝ illoꝝ Cataclysmus Quē=admodū sub Deucalione Cataclysmꝰ factꝰ ē circa antiquaȝ

Helladē que ē circa Dodonē ⁊ Acheloū quā habitāt Greci qui nunc Hellenes dicunt. Et he aquarum magne eluuiones non semp circa eadē loca cōtingūt:sȝ euariāt:⁊ Cataclysmo
24 rū loca pmutant ¶ Cur aliqui fluuii videant ppetui et alii non: ¶ Dixerūt id esse ob terre ampla vel stricta receptacula.vt quorum magna sint voraginum instar:hi sint ppetui.quorum vero parua:⁊ que suas paruo tempore eiaculētur aqs: non pennes sed decidui sint. ¶ Hanc non dicimus causam sed locoruȝ gignendis cōseruandisqȝ aquis aptitudo.vt loca alta/spissa/frigida. Hec sane multam continēt aquā/multam suscipiunt/et multam sua frigiditate gignunt. Quibus vero suspense sunt parue montium moles sonore/saxee/argillose:hec inepta sunt(vt in ipsis diu pdurent aquarū fluxus)loca. Et ita si plus apta atqȝ disposita fuerint: perseuerant magis.sin minus:itidem minus. Non tamen dixerim fluuios esse ppetuos:sed suas seruare Periodos:ad q̄s vsȝ pdurant.et nō posse semp eadē p̄terlabi atqȝ perfluere loca: sed permutare. Non enim mari ⁊ flumine eadem semper hument loca:et eadē manent arida. Hoc manifestat Egyptus quandoqȝ tota inundans.hoc:ea que circa rubrum mare sūt loca.que Sesostris primus excogitauit fodere:vt totus fluuius pernauigabilis foret. Hinc enim magne pendebāt vtilitates. Deinde Darius id attētauit:qui repientes mare flumine altius:a fossione cessauere:ne flumen mari mixtū confunderetur.quod ⁊ circa Libyam Ammoniam comperitur summissius.hoc:Bosphorus non semper fluens. Uisus est enim ab Asia limositate fluxuȝ dimittere/deinde siccari/de
25 inde iterum stagnare solitosqȝ cursus reparare. ¶ Correlarium. Unde fit(cum tempus non defecerit sed totum sit eternum)vt neqȝ Tanais neqȝ Nilus semper fluxerint:sed vnde effluunt aluei:aliquando sicca loca fuerint.et ita de ceteris fluminibus dicere conueniet. Habent eni ⁊ vt sint/et vt certis effluant locis:et determinatas Periodos.et tempore permutantur omnia.

Primi cap. tertii tractatus note.

¶ Circa Theologiam versatos vocat Hesiodum et alios Poetas: qui deos cecinerunt. ¶ Statarie/stationarie/stantes.

¶ Estũ maris(sic ei eiꝰ fluxum atq3 refluxũ nuncupamus) nõ ꝓsequit̃ Aristoteles:nisi vt ex cã pendet iferiori. Cum q sydeꝝ ratio a nostra cõtemplatione videatur aliena. tum q ip̃a aliis ꝛ aliis repiatur varia/ꝛ deꝑhensu difficillima vt in fluctiuomis syrtibus. In Nilo q̃ sole tenente cãcrũ:totã alluit Egyptũ. in Euripo:qui septies in die et nocte in Euboia reuagos/refluosq3 fluctꝰ agit. in gaditano fõte q̃ nũc fluxus/refluxusq3 oceano cõcordes h3:nũc vero dissonos Estꝰ tamẽ aq̃lonaris ꝛ nr̃i gallici oceani exploratum/ratũq3 habetur lunã in cã esse: vt q̃ ipsũ certis intuallis trahat ꝛ ad suam faciẽ ꝓpemodũ effingat. Bis ei int̃ duos lune exortus effluit/remeatq3. ĩcipit ei vna cũ luna nr̃m horizonta cõscẽdẽte intumescere:quoad sydus ad meridianũ ꝑueniat: quo quidẽ ad occasum vergẽte sensim residet. Ab occasu vo ad ima celi meridiano cõtraria sydere vergẽte rursus inundat. hinc autẽ donec ortũ reparet se cõtrahit et reuocat. nec mireris syderis subter t̃rã labẽtis ipsũ mare vim sentire. neq3 obest q̃cq̃ terrene molis crassa densitudo: vt manifesto ĩ sole ꝛ Heliotropio cognoscitur argumẽto:qd̃ in nocte vim solis motricẽ persentiens ad orientẽ se gyrat. et in toto mari ãplior lune vtus colligit̃ q̃ in torrentibꝰ ꝛ fluuiis: vt ꝛ ipsu3 sol amarore inficit ꝛ nõ fontes et flumina. Quo fit vt ipsum potiꝰ q̃ fõtes et flumina lune sydus mouere dinoscat̃. Et a noua luna ad septimã maris estus minuunt̃: A septima ad ipsam suo orbe plenã augent̃:efferuẽtq3 maxime ipsa plena aut ꝓpe. vt ei fulgur priꝰ cernit̃:tonitrũ/fulmẽq3 motũ ꝑueniens:ita quoq3 luna cõpleta cernit̃ ꝑusq̃ vis illa aquarum motrix maxime inundationis effectũ/motũq3 satis ĩprimat A plenilunio ad ipsã decremento mediã decrescũt. Hic aũt ad nouilunium vna recrescunt. In plenilunio maria purgãt limũ/algasq3 expuũt. aiuntq3 Aristotelẽ tradidisse nullũ animal nisi recente estu expirare.

Ertius tractatꝰ continet tria cap. primum tres de maris generatione opiniones. Prime duabus rõnibus reprobationem ¶ Tres de maris generatione opiniones. ¶ Prima est ãtiquorum circa Theologiam versatoꝝ dicẽtiũ in terra esse fontes qui sint principia ac ori 26

gines maris existimantes forte terrā esse maiorem vniuersi partem & reliqua omnia ipsius grā esse/ & circa eā tanq̃ circa honorabilissimū principiū consistere. Sed fontes originē mari prestare nō posse ostendit ¶ Primo q̄a aquaꝝ he sunt fluentes vt fontane & fluuiales aque/ he vero statarie. Statariarum autem he sponte stant vt stagnales/ alie īdustria & arte vt fontane manufacte/ & puteales q̄rum fontes existunt origo. Mare autem neq̃ effluxibile est/ neq̃ arte & īdustria manufactum stans. Neq̃ sponte apparet fontium esse multitudo. Fontes igitur non prestant mari originem & p̄ncipiū ¶ Scdō q̄ sunt plura maria adinuicem non cōmixta vt rubrum mare/ Hyrcanicū/ Caspiū que adinuicem sepata sūt/ et circunhabitata: circa que non apparent fontes a q̄bus deriuata trahere possint originem. Non igit̄ fontes mari prestant originem & principia. Mare tn̄ fluere videt̄ ob aliquas causas. Primo q̄ cum in angustum locū recipiat̄: refluctuat reflectit̄/ regurgitatq̃ ad amplū/ ibiq̃ in maius se expādere atq̃ diffundere videt̄. Scdō q̄ increbrescentibus fluuiī oriūndis: ad p̄fundi⁹ decurrat. vt Euxinū & Meotis ī Pōtum/ Pontus in Egeum/ Egeum in Siculū/ Siculum aūt mare in Sardonicū & Thyrrenicū. Est enim Pontus Meotide p̄fundior/ Ponto Egeum/ Egeo Sicilicum/ Sardonicum autem et Tyrrhenicum omniū p̄fundissima. Quod antem inter Herculeas colūnas: totum in p̄funditatē fluit. Et sicut ex verticibus altis: fluuii apparent fluentes: sic ex arcto: mare plurimū fluere conspicitur: quia illic locus alt⁹. adeo enim: vt aliqui sibi persuadeant illic Axe sub Hesperio sint pascua solis equorum: Et neq̃ sub terras subflabatur et exret: altitudine ad Arctum terre eleuate videri p̄hibitus.

27 ¶ Secunda est antiquorum qui de humanis plura senserunt: dicentium a principio terrā fuisse totam aquis adoptam: sed ex vna parte spiritibus impetentibus/ solis visioni bus & lune euaporatam atq̃ exsiccatam esse. quod vero sup est esse mare: futuꝝq̃ aliquando vt tota terra arida fiat.

28 ¶ Tertia est dicentiū terrā olim sole incaluisse: calefactāq̃ sudorem emisisse: quod mare vocamus. Et hinc mare salsū esse: sudor enim salsus est. Alii vero salsedinis causam terram esse aiunt. Et mare hunc in modum esse salsum terre admixtū: quēadmodum aqua per cineres colata.

¶Secundi cap. note

¶Reumata/stille ille subterranee ex quib⁹ colligunt/ gig=
nūtq; fontes et flumina.

Secundū cap. cōtinet tres de loco maris opiōnes.
f Eaꝝ reprobationes: scđe q̄nq; rōnibus/ ⁊ tͭie q̄nq;.

Quis sit locus maris. ⁊ quō flumia in mare laben
tia non videa͂t mare reddere maius ¶Tres de loco maris 29
opiōnes ¶Prima est nōnulloꝝ q̄ dixerunt mare eē p̄ncipiū
aquaꝝ: ⁊ ex eo fluere oēs ⁊ ad ipsum refluere/ ⁊ eius locum
esse locū aq̄: hac rōne vsi: sicut de aliis elemētis cōperimus:
ita quoq; et de aqua comperiri rōnabile est. At ignis magna
moles/magnaq; multitudo sursum in suo loco cōgregata
est: ⁊ aeris in suo loco/ ⁊ terre in suo: vt in infimo. igit̄ et aq̄
in suo loco. Hec autem mare esse videtur qđ p̄estet aliis a=
quis oib⁹ originē ⁊ p̄ncipiū: ⁊ a quo fluuii ⁊ fontes effluant
oēs/ ⁊ ad qđ iteꝝ recurrāt. Et cū querit̄: quō igit̄ fluuii a sal
so mari egressū hn̄tes: dulces sint: dicunt eos dulcescere: q̄
p terram sint colati. Sed quō hec aqua salsa ⁊ grossa: aliis
subtilioribus ⁊ simplicioribus (vt q̄ potabiles existant) erit
p̄ncipiū? ¶Scđa est dicentiū mare circa terrā esse diffusū 30
ei⁹ ambitum circundans/ ⁊ circa mare spheram aeris/ circa
aerē spherā ignis: vltimū ⁊ supremum sensibilium locū pos
sidentem. Et solem circūferri atq; circūuagari semp q̄ nu=
triat̄ humido. ⁊ in oriente stans aut vno loco: nō īueniat suf
ficiens pabulum. eleuetq; subtile humidum ⁊ dulce: quo se
pascat/ nutriat/ ⁊ alat: alioq̄n corrūperet̄. s; quādiu habeat
alimentum viuere: humidūq; soli esse alimētum: vt flāme. et
solem flamme similem esse putarunt. Sed sic dicentes ridē=
dos esse pt; ¶Primo q̄ illud subtilissimum ⁊ dulcissimum
(qđ per singulos dies sursum expirat: sursumq; ducit̄) illic
constat: et frigido cogente iterum ad terram relabitur Idq;
ita semp agit natura circulum imitans: vt superius dictum
est. Non igitur illo subtili ⁊ roridovapore nutritur sol ¶Se
cundo quia flamme similitudo soli apta non congruit. Nam
p̄pter continuum humidum et siccū: non alitur flāma. neq;
manet eadem: sed continue fit noua. quare si de sole ita fu=
turum esset: non modo in die (vt dicere consueuit heraclit⁹)
non esset sol: sed continue fieret nouus. ¶Tertio quia sicut
ignis aquam calefaciens euaporat: ita sol vapores extollit

et eleuat. At ignis cum aquam calefaciat vapores eleuans: non alitur illis. Igitur neq; sol. ¶ Quarto quia inconueniens est solum solem nutriri: et non illam magnitudine et numero excellentem syderum multitudinem. Imo et ipsos celestes circulos alimento indigere/ pariter et pastu: et eiusce rei gratia non facere gyros: queadmodum solem facere aiunt. Illa autem non aluntur: igitur neq; sol. vnde enim tantum sufficere possit alimentum? ¶ Quinto quia que ex humidis corporibus sursum efflantur: iterum descendere (ipsis in aquam coactis cõuersisq;) videmus: et per singulas se reddere regiones tanq̃ non alitis superioribus. non igitur alũtur superiora. ¶ Tertia est scripta in Phedone. terram esse pforatam et in illa eximia terre voragine ac aptura esse Tartarum: originem et principium aquarum omnium: et ipsius maris. Quisquidem vaste voraginis tartarus: se nunc extra diffundit/ et euomit aquas: nunc resorbet emissas: et ad ipm (vt ad principium) omnes recurrunt aque: nunc sursũ/ nunc deorsu;/ nunc ad latus/ nunc sub has/ nunc sub illas elabẽs terras. Et aiunt aquas: colores et sapores accipere secũdu; terrarum (per quas transeunt) naturas. Sed id non esse verũ statim manifestum est. ¶ Primo. Quia videntur: non semp ad eundem locum fluere. quod tamen oporteret secundũ eorum sententiam. ¶ Secundo. quia non minus effluerent supra terram q̃ sub terra: et quocunq; tenderit fluctuans tartarus ¶ Tertio. quia nõ est cur aq̃ que mota fuerit deorsu; in tartaro: iterum sursum exurgat ac eiaculetur. ¶ Quarto Quia semper esset aquarum equalitas: et semp extra: aquã equalẽ (ne se occuparẽt) esse oporteret. ¶ Quinto. q̃a nõ videntur flumina alicubi in terra terminari: sed omnia fluunt in mare ad quod terminãtur: viderentur tamen vbiq; in terra terminari debere quia illic euagaretur tartarus. Et si aliqui fluuiorum terraneos meatus subintrent: aliunde prodire videntur. Ut Nilus et Istrus longo tramite sub terras labentes: multos alios in via colligunt fluuios et fontes/ et multorum fluuiorum ac fontium reumata. Hineq; in fluuios euadunt amplissimos ¶ Quis maris locus? Responsio Sicut Ignis proprius est locus: celi concauum/ Aeris proprius: concauu; ignis: ita proprius est aque locus: vt aeris

concauū. Hinc fit vt quē locū nunc mare trām ambiēs occupat: natura sit aq̄: ₇ non maris. Nam qđ dulce/qđ subtile est aquaꝝ: sursū a calore eleuatum ducit. grossū vero terreum ₇ salsum: suo pondere subsidet in imo: qđ q̄dē in loco aq̄ remanens mare dr̄. Manet ei deorsum: queadmodū cibo ab aīali sumpto: qđ dulce ₇ qđ subtile est a calido spargit ad vnumquodq₃ membroꝝ: qđ vero grossū est terrestre et amarum vt hyposthasis (quā subsistētiā dicim⁹) in aluū pōdere suo demittit. Et venter totius locus erat: q̄cq̄ subtilia statim dissoluta sunt. ita de aqua ₇ mari existit. Hac de cā oīs aq̄ fluunt ad mare: q₂ in loco sit aque: ₇ locum maxime concauum possideat. ¶ Cur tot et tanta in mare labentia flumina: ipsū nō videant reddere maius? ¶ Responsio. q₂ in mare recepta: ex 33
arcto atq₃ angusto diffundunt in latum: ₇ iō in latū diffusa cito resoluunt: vt pene vno die perdurent . queadmodum si supra latam mensam aque fuderis Cyathū: presentibus ₇ respicientibus exterminabitur totum: ita quoq₃ de fluminib⁹ accidit.

Tertii cap. note.

¶ Scirpus/iuncus ¶ Sedimenta/expurgamenta aīaliū/hyposthases ¶ Muria/aqua salitoꝝ. ¶ Stagnū illud circa palestinā Asphaltites est: gignens Asphaltum: quod bitumen nominant.

Tertium cap. cōtinet vnā q̄stionē. antiquoꝝ ₇ ꝓpriaꝫ respōsionē. tres de salsedie maris opiones. quō generet maris salsedo. Septem signa salsedinis maris. vnde fōtes ₇ flumina diuersos sapores/colores/₇ effectus habeant. Et p̄ter lr̄e Aristotelis sentētiā duodecī aquarum effectus/₇ miracula. ¶ Questio. an semꝑ erit mare? an 34
aliquādo deficiet? ¶ Dixerunt aliqui mare simul cū mūdo incepisse: ₇ semꝑ cum eo perduratum ire: quare perpalā est si mundus ꝑpetuus est: itidē mare ꝑpetuum esse voluisse Sꝫ Democritus dixit aliquando mare totam opuisse terram: ₇ paulatim desiccari et tandem omnino desiccatum iri: vt ne vllum sit mare. Sed id persile est Esopi fabule: q̄ confixit Charybdim bis resorpsisse: q̄ p̄mo sorbens fecit appere mōtes. Scđo fecit appere insulas: q̄ si iterū sorbeat: residuum epotura est/terramq₃ siccā reliquet. Sed hic sermo Poetis aptus et non veritatis inq̄sitoribus ¶ Dicimus igit̄ si semꝑ

sol suum torqueat gyrꝫ:dulce/subtile/ꝛ potabile eleuans: qđ iterum deorsum recidat:semp futurū esse mare aliqđ·non tamen eadem semp occupabit loca:sed q̄ nunc arida sunt:aliquando illuet/ rursumqꝫ eadem aliquando siccabunt. Neqꝫ
35 ꝑpter hoc ꝯmutari existimare oportet vniuersum. ¶Tres de salsedine maris opiones. Prima est dicentium terrā in ꝑncipio fuisse aquis adopatam et solem dulce/subtile/ꝛ potabile eleuasse:residuum vero mare relictum amarum ꝛ salsum. Sed id verum non esse videt. Nam ad ipsum tanta relabitur multitudo:quanta sursum sustollitur. quare si restituta equali dulcis aq̄ multitudine ipsum non est dulce sꝫ ama
36 ricat:neqꝫ prius hac de causa factum est salsum. ¶Secūda est dicentium fluuios ad mare labentes terre trahere salsedinē:ꝛ mare salsum reddere. Sed neqꝫ id verum. ¶Primo qꝛ fluuios oporteret esse salsos:imo ꝛ magis salsos:qđ non apparet. ¶Secundo qꝛ irrōnabile essꝫ modicam terrestreitatem cum fluuiis delatam:tantā aq̄ multitudinem(quantū ipsum mare esse videmꝰ) salsam efficere. ¶Tertio. qꝛ nichil aliud mare reputāt:nisi plurimoꝝ fluuioꝝ collectionē. qua
37 reꝛ fluuios ipsos salsos eē cōcedāt oportet ¶Tertia ē Empedoclis ťram sudasse dicentis:eiusqꝫ sudorē esse mare. Sꝫ hec Metaphora ꝛ fictio poetis q̄ꝫ philosophis aptior est vt recipiat. Nam q̄ salsa esse vident vt aqua per cineres colata/ aqua colata ꝑ calceꝫ/vrina/sudor/alimēti hyposthasis:cum prius dulcis fuisset aqua/dulce poculū/ dulcis cibꝰ: aliquo accepto salsa fiunt aut amaricant:vt cinerū aut calcis adusta ťrestreitate. Et in vrine vasis fundo:remanet quedā salsedo. Et cum sudore:corporis abluunt ťrestria. sicut q̄ carnes abluendo abstergit. Et ťrestreitas idigestaqꝫ substātia facit hyposthasim amarā videri. Ita ꝛ aliquo adusto ꝛ terrestri āmixto:mare salsum esse existimare opꝫ.ꝛ nō eo quo ipi
38 arbitrantur modo. ¶Quomodo maris generetur salsedo. Maris salsedo ex quodam vsto terrestri ammixto generat. Dicimus enim duplicem esse spirationis speciem. hanc calidam et humidam que vapor dicitur/hanc vero calidam et siccam que dicitur exhalatio. Et mare semper idem specie permanet:vt idem aer/idem ignis/eadem flamma. Et eleuatur ab eius summo vapor dulcis:a fundo vero solis et astrorum sufficiente calore eleuatur exhalatio(Est eniꝫ hec:

a terra eleuari nata:aduriẽq; fundum. ⁊ per mare transiẽs/ et cum vapore in mare relabens(vt cineres per aquam sepi us trãſitum facientes)salsuginem inducit. Et hui⁹ rei mul ta sũt signa. Aqua per cineres colata /vrina/sudor/et alimẽ ti(vt iam dictum est)hyposthasis. vbi aliquid combustuʒ re linquitur/aut terrestre indigestũ Quã ꝑpter dixerunt nõnul li terram semel fuisse combustam et hinc mare suam traxis se amaritudinem:non percipientes generationum exhalatõ num possibilitatẽ. Et quomodo hac de cã maris harene re linquntur vt tenuia grana dissociate ¶ Septem signa q̃ ma 39
re ob ambustaꝝ terrestreitatuʒ permixtionẽ salsũ sit ¶ Pri mum. Quia Australes aque ⁊ ꝑme Autũnales salsiores sũt q̃ auster ventus sit calidus/⁊ a calido efflet loco: plures se cum eleuans exhalationes. Autũnales vero propter prete rite estatis adustionem/ ⁊ exhalationes eo tẽpore eleuatas: que nunc ob temporis varietatem deorsũ reducuntur/nunc ãmixte permanent/nunc noue sustolluntur. De Borea autẽ oppositum euenit. Et hac de causa australes ⁊ autumnales grauiores sunt:⁊ citius ob permixtam terrestreitatem deor sum precipites deduntur. Quibuscũq; enim talis terre mul titudo inest:citissime deorsum tendunt. ¶ Secundum. quia aqua maris:ceteris calidior est:vt que exhalationis ammi xte naturam retineat. Omnia enim quecunq; ignita fuerint in seipsis potentia caliditatem retinent. Monstrãt hoc calx cinis/animalium sedimenta:vt quorum calidissimi sint ven tres:calidissimam habeant hypostasim sedimentaq;. et sem per maris sursum eleuatur potabile. Q̃ si aliquid terene fe cis secum ducitur:vapor salsedinem participabit. Et si ma gis:et magis. Et iterum relabitur decidens:quod iteruʒ re sumet mare. Fluunt enim ad ipsum:et omnes aque. Hic fit vt non omnino deficere(queadmodum alii deficiunt fluuii) sed solum scdm hanc vel illam partem contingat. ¶ Tertiũ q2 dimisso cereo vase bene clauso ⁊ circũligato in mare:qd per latera subintrat aque:dulce est et potabile:q̃ cere tenu issimi pori non admittãt cum subtili resudante aqua corpu lentas terre feces subire ¶ Quartum. quia aqua maris hãc ob cãm ceteris grossior et ponderosior esse videtur:vt in ea magne natẽt Triremes:q̃ in fluminibus suo pondere facerẽt naufragium. ⁊ passi sunt aliquando nonnulli in flumie onu

lana ꝛ ſpongia/ q̄dā difficile vt es ꝛ lignū/ q̄dā non imꝑſſibłia
75 vt later ꝛ aqua ¶ Octaua capibilia ſūt quecunq; ſcđm ſuꝑ-
ficiem non diuiſā aut transmutatam: in ſeipſa ſecundū ꝓfū-
dū facile ſūt cedentia vt ſpōgia/ cera/ caro: que pulſa ꝛ indi-
uiſa: in ſuos ſcđm ꝓfundū facile cedunt poros. Et capibłia
oīa connaturales hñt poros: in quos poſſunt cedere ꝑſſa: ſi-
ue ipſi inanes ſint q̄les dñr cum ſint inſēſibiliori corpore vt
aere pleni: ſiue quidē pleni: ſ; corpore molliori ꝙ qđ in ſe-
ipſum indiuiſum cedat. vt ſpongia humectata. Semper enī
in ſuos cedunt poros ipſo intercluſo aut cedente/ aut exꝑſ-
ſo corpore ¶ Incapibilia autem ſunt que hoc pacto in ſeip-
ſa non cedunt. vt aqua/ lac/ fluidum omne/ et omne durū: ꝙ
tales poros non habeant: in quos cedere poſſint vt aq̄. aut
habent q̄dem: ſed duriuſcula durioribuſue corporibꝰ plena.
76 ¶ Nona. trahibilia ſunt q̄ꝝ ad latꝰ transferri pōt ſuꝑficies:
ipſa q̄dē ſuꝑficie continua manēte. vt pilꝰ/ coriū/ neruꝰ/ pa-
ſta et gluten. Trahi vero eſt ad mouens transferri: ipſo ſē-
per plano manente continuo ¶ Nō trahibilia autem ſūt que
ad latus hoc pacto trāſferri non pñt. vt aq̄ et lapis. Et tra-
hibiliū hec capibilia ſunt vt lana: hec vero non vt phlegma.
Itidem capibilium hec trahibilia ſunt vt lana et cera:

hec non trahibilia vt spongia ¶ Decima. Ductilia sūt q̄cūq3 eadem ꝑcussione: simul ꝛ in latus ꝛ in ꝓfūdū scd̄m sup̄ficiē et scd̄m ꝑtem trāsferri pñt. vt es ꝛ ferrū. ¶ Non ductibilia vero que hunc in modū trāsferri nō pñt. vt lapis atq3 lignū Et oīa ductilia: imp̄ssibilia sūt: nō aūt oīa imp̄ssibilia sūt ductibilia. Nam lignū imp̄ssibile est: nō autem ductibile. Fere tñ ductibile ꝛ impressibile quo ad omnia conuertuntur. Et ductibiliū quedā capibilia suntvt cera et lutum: quedā non vt ferrum. Ita ꝛ capibilium quedam ductibilia sunt veluti cera ꝛ lutum: quedam nonvt lana. Et sunt neq3 capibilia neq3 ductibilia vt aqua. ¶ Undecima. Scissibilia sunt quoꝝ 78
diuisio precedit diuidens: plusq3 didit q̄3 diuidēs assequit. vt lignū ¶ Inscissibilia autē que talia non sūt. et nullū simpliciť molle scissibile est. dico eni simpl'r. nā ad alterū ferrū molle est vt ad chalybem. Neq3 omne durū scissibile est. vt ferrū. sed talia esse debent que neq3 sint ductilia/neq3 cōminubilia. talia autem sunt que scd̄m longitudinem poros habent: scd̄m quos adinuicē adnascunť ꝛ crescunt: non aūt ita scd̄m latitudinē hñt. ¶ Duodecima. detrūcabilia sūt quoꝝ 79
diuisio nō p̄cedit diuidēs: s3 solū diuidiť et nō cōminuiť qđ assequiť diuideus ¶ Et indetrūcabilia sūt que hoc pacto diuidi nequnt. Et detrūcabiliū q̄dam sunt mollia vt cera: q̄dā dura ꝛ nō scissibilia: ut ductilia. q̄damvero detruncabilia et scissibilia simul: vt lignū: qđquidē vt plurimū scd̄m lōgitudinem scissibile: scd̄m autē latitudinē detrūcabile. qđ cū diuisibile sit ꝛ in longū ꝛ in latū: qua diuisibile scd̄m longū scissibile est/quavero scd̄m latū diciť detrūcabile ¶ Decimatertia. viscosa sūt q̄ ad multū extendi pñt ꝛ hñ cōuenire. et hec 80
trahibilia vt humida ꝛ mollia sūt: quoꝝ ꝑtes ꝑtibus adherent: ꝑtesq3 sequnturvelut cathenate/colligateq3 ¶ Que autē mollia talia nō fuerint: nō viscosa ꝛ fragilia dicunť ¶ Decimaq̄rta. cōmassabilia sūt capibilia q̄ mansiuā hñt capturā 81
vt cera ꝛ pasta: q̄ imp̄ssionē seruant et non resiliunt ¶ Incōmassabiliavero que omnino capibilia non sunt: aut que capibilia q̄dem mansiā non seruant capturā. vt aqua vt lana
¶ Decima quinta. exhalabilia sunt que humiditatem hñt q̄dem: sed quā non sine sicco igneo seorsū euaporent. Est eni vapor (calido separante igneo) q̄dā ab humido madefactiuo segregatio: q̄ nunc in aerē cedit/nūc inventū/nunc vero 82

in ibriferā nubē concrescit. Exhalationem vero hic nūcupamus: que fit a calido igneo: cōis sicci/et aerei humidi segregatio. Et id vapor madefacit: exhalatio aūt nō: sed poti⁹ colorat. Et exhalabiliū hec in aere tpe dissoluunt dispentia et sicca: hec vero ipsorꝫ remanentia fiūt frea dr̄t tñ id (qđ ipsorꝫ tpis tractu in aere disparet ⁊ halat) a vapore: ꝙ id exhalationis neqꝫ cedit inventū aut nubem/neqꝫ madefacit. qđ facit ipse vapor. Et lignorꝫ exhalatio ꝓprie fum⁹ dr̄. Et ossiū ⁊ capillorꝫ ⁊ ceterorꝫ cōsimiliū cōsil'r dr̄ fumus: ꝙ noīa nō habeam⁹ qbus ipsa peculiarit nūcupemus. sꝫ oīa hec fumo: eidē scꝫ noī secundū Analogiam attribuim⁹. Queādmodum ait Empedocles ⁊ pilos/⁊ auium densas plumas/ ⁊ pisciū sq̄mas/⁊ arborꝫ folia: sup solidum fieri: in omnibus eodē solidi noīe vtens. Et lignorꝫ exhalatio fumus est. et vnctuosorū exhalationē nidorem dicim⁹: quā Cnissam greci vocant. Et hinc iterꝫ cognoscere ꝓmptū est cur oleū et aqua elixari/calidoqꝫ ingrossari nō possit. Nam oleum totum exhalabile ē: ⁊ non vaporabl'e. Aq vero cōtra: tota vaporabilis: nō autē exhalabilis. Jtidem dulce vinū: quod dulce ē halat. est ei pingue: ⁊ multa cum oleo coīa tenens. vt frigore nō coagulat vt neqꝫ oleum: sed adurit/inflāmatqꝫ vt oleū. vt noīe vinuꝫ dicat: opa aūt vini non faciat/humoremqꝫ parum vinosū habet: hac de cā ipsū (vt alia faciunt) non inebriat. Et quodcunqꝫ vinū aliqd vel ꝑuum exhalationis hꝫ: ideo flammam emittit ¶ Jnexhalabilia autem dr̄r. que cū sicco humidum
83 nō resoluūt ¶ Decia sexta vstibilia sunt quecunqꝫ poros habent ignis susceptiuos: et in poris secundū directū humiditatē: igne qdē debiliorē. vt lignū/os/lana que icōmassabilia sunt ¶ Jnustibilia sunt q̄ hmōi poros non habent: aut q̄ fortiorem ipso igne retinent humiditatē. vt lapis/glacies: ⁊ viride lignum: que eē prius posita sūt incommassabilia. Jteꝫ et aliomō lati⁹ dicunt vstilia corpora: quecunqꝫ in cinerem redigibilia sunt. Et hec sunt quecunqꝫ coagulata sunt calido solo: aut ambobus simul calido scꝫ et frigido. His ei oībus videtur ignis obtinere. Carbunculum tamen p̄ciosā gēmam excipio: cui ignis non obtinet. Et vstiliū hec iflāmabilia sunt: vt quecunqꝫ humida exhalabilia sunt. vt pix/oleū/cera. ⁊ cū aliis q̄ꝫ p seipsa magis sūt iflāmabilia: ⁊ quecūqꝫ fumū emitūt. Hec aūt carbonalia sūt: vt quecūqꝫ pl⁹ tre q̄ꝫ

fumi habeāt. Et inflāmabiliū quoddā est illiq̄bile: velut lignū (quod per totū cōtinuū sit) humidū hñs aptū vt purat. Q̄ddā vo liq̄bile vt tus. At vo es etsi liq̄bile sit: inflāmabile tñ non est. qd si ptes ptibus ppinquas habeat: humidum tñ sicco non satis cōtinuū z counitū habet vt flāmam efficiat. Et tus duobus assimilat/ duorūqʒ tenere naturā videt: ligni scʒ z eris. ligni quidem q̄ fumū quo inflammet prestet: eris vero q̄ humorem quo mollificet et liquescat. Et inflāmant exhalabilia non liq̄bilia: q̄ magis sint terre: que siccuʒ igni cōmune hʒ. Si itaqʒ id siccū: calidū fiat: fiet ignis atqʒ flāma. Hinc enim flāma existit sicci spūs ardor. Et iā diximus lignorum exhalatōem fumū esse: et cere/ z turis z picis z piciferorum oīm et lignis similiū: exhalationibus nomen fumi transferri: olei tñ et quorūcunqʒ vnctuosorū esse nidorē. z quedam: sola paucū inflāmari: quia paucum siccum habeant: adiuncta autē aliis (vt que pinguia/ sicca z vnctuosa fuerint) citissime iflammant. Nam humida per se vt oleū/ cera/ pix: magis exhalant. Sicca autem magis ardent. Et de his hactenus.

Primi cap. Quarti tractat⁹ note.

¶ Similiū ptium corpa sunt: que ptes similis hñt denoīationis ¶ Cōmunia sunt tre z aque/ tre z aeris/ aque et aeris/ terre/ aque z aeris: z ita de igne: tametsi cōia ignis in aīalibus/ vegetantibus/ z fossilibus minus repeziantur ¶ Helectrū nos succinum dicimus/ succus arboris est pinei generis. Dicitur z mixtura ex auro z quinta argenti pte helectr̄ succini colorē imitata ¶ Composita/ mixta pfecta.

Quartus tractatus cōtinet tria cap.

Primū q̄ndeci ppōnes (q̄ ex p̄cedentibus dictis aliquo pacto cognite esse pñt) recolligit ¶ Prima. Similariū ptium corpa (que Homiomera dicunt) vt ī aīalibus caro/ os/ nerui/ vngues/ pili/ vene (ex quibus constant ea que dissimiliū sunt ptium que dicūt anomiomera dissimilariūqʒ ptiuʒ tota: vt pes/ manus/ facies) z in plantis lignum/ cortex/ foliū/ radix: et in fossilibus aurū/ argentum/ ferrum/ stannum/ lapis z si

mista:assignatis differentiis adinuicē drūt:que potissimū ta
ctu dinoscuntur.drūt et saporibus/odoribꝰ/coloribꝰ/⁊ vari=
85 etate sonoꝝ ¶ Scđa alia sīt ex q̄bꝰ hec ꝯsistāt: ⁊ a q̄bꝰ ꝯsistāt
Nā ex q̄bus consistūt sunt materia:humidū sc₃ ⁊ siccū.q̄re aq̄
⁊ t̄ra:que manifestissimas has gerunt potentias. Ea vero a
quibus consistunt efficientia sunt: duo sc₃ calidum et frigi=
86 dum.hec enim constare faciunt/cogunt ⁊ coagulant ¶ Ter=
tia eorum que homiomera sunt:similariūq₃ ptium:quedam
sunt aque aut aque spēs:quedam t̄re/t̄reue spēs:quedā ve=
87 ro coīa ¶ Quarta cōpositoꝝ ex his:queda₃ sūt humida/que
dam sicca/quedā mollia/quedā dura/queda₃ coagulabilia/
88 queda₃ liquabilia:quemadmodū prius cognitū est ¶ Quīta
89 quecunq₃ humidoꝝ euaporant:ea sunt aque ¶ Sexta quecū
q₃ non euaporant:hec sunt terre/aut coīa terre et aque/ter=
re et aeris/aut aque et aeris.vt lapis/lac/lignum/oleum.
90 ¶ Septima que calido ingrossantur:communia sunt. ¶ S₃
91 dubium assurgit cuius sit vinum: videtur enim nunc aque
esse quia euaporat:nunc vero commune:quia nouum vt mu=
stum calido ingrossatur. ¶ Dicimus duplex esse vinum: re=
cens sc₃ et antiqum.⁊ recens plus habere terre q̄ȝ antiqū.
Hinc calido ingrossatur/magisq₃ calidum esse: ideo minus
constringitur et coagulatur frigido. Et est vinum in Arca=
dia sic terrestre et calidum:vt in vtribus ita a fumis exsicce
tur:vt eductum appareat coagulatum. Et si omne vinū fe=
cem habet:omne est aque et terre.et quo magis:eo magis ē
92 terre. ¶ Octaua. Que a frigido ingrossantur: terre sunt.
93 ¶ Nona que ab vtroq₃ calido sc₃ et frigido:communia. vt
94 oleum/mel/dulce vinum. ¶ Decima quecunq₃ solo frigido
constant et coagulantur:aque sunt. vt glacies/ nix/ pruina/
95 grando. ¶ Undecima.quecunq₃ solo calido:terre. vt later/
96 caseus/nitrum/et sales. ¶ Duodecima.quecunq₃ ab ambo=
bus calido et frigido coagulantur:aque et terre communia
sunt.et sunt hec que calidi et humidi priuatione coagulas=
cunt:nunc amborum simul vt later:aut solius humidi vt sa=
97 les et que sincera sunt terra:aut soliꝰ calidi vt glacies ¶ De
cimatertia quoꝝ totus exudauit humor vt later/⁊ lachrimarū
gn̄a vt helectrum/tus/myrrha ⁊ similia gummi: frigido coa=
gulātur.que ⁊ palam ⁊ nobis cernentibus coagulantur :q̄d
intercepta plerumq₃ animalia vt formice et consilia aīalia

ostendunt. Stillāt enim velut a fluuio et velut mel coctum quod in aq̄ dimissū euaporat humidū. Et hoꝝ hec sūt terre: et magis que imollificabilia ꝛ illiq̄bilia sunt. vt helectrū. et quidā lapides vt spelearū pori. Que vo mollificātur aut liq̄scūt ab igni vt ferrū/cornu/tus/myrrha: nō tota sūt t̄re ſʒ aq̄ siora. Tus eni ꝛ myrrha ꝛ his similia cōsimilit vt ligna euaporāt: et quedā sūt cōia vt cera ¶ Decimaq̄rta. q̄cūqʒ liquescunt ab aq̄: hec sunt t̄re ¶ Decimaq̄nta. que neqʒ igne neqʒ aq̄ liquescūt: aut terre sunt aut vtrisqʒ cōia. Ex q̄bus pmanifestū esse pōt (si cōposita omnia aut fluida aut coagulata esse oporteat: neqʒ haꝝ passionū sit mediū) que ipsoꝝ erūt t̄re/que aque/ꝛ que pluribus cōia: an calido vt igne/ an frigido an vtroqʒ cōstare debeāt. Notū item est argentū/ stānū/ es/plumbū/vitruʒ/ꝛ lapides multos inoiatos: que facile liq̄scunt calido: esse aque. Et vinū/acetū/vrinā/lixiuiū/seruʒ/ et acorē que frigido coagulant: itidē esse aque. Et ferrū/cornu/vnguis/os/neruus/pilus/lignū/cortex/foliū/helectruʒ/ myrrha/tus/lachrime/omēs fruges/fructus/ semina vt triticū: sunt terre. Et ipsoꝝ quedā sunt magis terre/quedā minus: quedā mollificabilia/ꝛ quedā exhalabilia: ꝛ oia frigigido sunt coagulata. Et simili modo terre sunt nitrū/sales et lapidum genera: que neqʒ infrigidatione fiunt/neqʒ frigido coagulātur. Et sāguis ꝛ genitale semen: aeris aque et terre sunt cōmunia. Attn̄ sāguis ille qui plures poros viasqʒ habet. magis terre est. ideo frigore coagulat et humore liquescit. Et qui poros ꝛ vias non habʒ: magis est aque qui et frigido nō coagulat. Genitale autem semen frigido coagulat expirāte calido secū humidū rapiēte/educēteqʒ. 98 99

Secundi cap. note.

¶ Ut ad multum/secundum plurimum/a dominio simpliciter. ¶ Aliena caliditas/ que non est secundum predominantis naturā. ¶ Propria ꝛ naturalis/que vniuscuiusqʒ perfectioni sit accommoda.

S Ecundum cap. continet quatuor conclusiones. vnum correlarium ad tertiam: et duo ad quartā.

¶ Prima conclusio. Quecunqʒ aque sunt: vt ad multum frigida sunt nisi alienam habeant caliditatem. ¶ Queādmodum habent lixiuiū/vinum. Nā maxime frigidum dominās hn̄t elementū. ¶ Scda. q̄cunqʒ t̄re sunt vt ad

multũ:calida:hec ob calidi opationẽ sũt calida ¶ Hoc ostẽ-
dũt calx ⁊ cinis: Nam oib⁹ ignitis inest caliditas aut ãplior
102 aut mior:alioqn frigida sunt. Nã tra frigida ẽ ¶ Tertia hec
secũdũ materiã accipiẽda sũt esse frigida ¶ Nã matia humi
dũ ⁊ siccũ est Sũt ei hec passiua. ⁊ hũidũ et siccũ maxie aq̃ ⁊
tre sũt:q̃ tminant frigido ⁊ magis aq̃. Sũt igit secũdũ ma-
103 tiã accipiẽda eẽ frigida ¶ Correlariũ hic ppalã euadit que-
cunq₃ sunt simpl'r aque aut simpl'r terre:frigida esse. modo
alienam nõ habeãt caliditatem. Nam aqua maxime frigido
detminata e t:deinde terra. alienam autem habẽt calidi opa
tione:vt efferuens aqua ab igni/lixiuium a cineribus q̃bus
ipsum concoctum fuerit. In omnibus enim ignitis: calidi-
104 tas aut maior aut minor adest. et ita de aliis. ¶ Quarta et si
scdm̃ materiam frigida esse debeãt:accidit tñ plerumq₃ alie
nam caliditatem propriam esse et ipsa termiare ¶ Nam que
putrescunt:manifestum est alienam caliditatẽ habere et ta-
men ipsa propria fit digerens et terminãs:vt inde prodeant
animalia:que illa caliditate constent ⁊ terminentur. Sicut li
cet intueri in iis: que facile ex putrefactione vermibus de-
fluunt ⁊ scaturiunt. Similiter vinũ/sanguis/medulla/geni-
tale semen/lac ⁊ similia plurima que cõmunia sunt: ppria ⁊
501 naturali caliditate constant/et que digessit ¶ Primum cor-
relariũ. hinc fit vt vinu₃/sanguis/medulla genitale semẽ/ lac
et similia(que ppria naturali et digerente caliditate cõstãt)
corrupta ⁊ a natura egredientia:non amplius videantur eẽ
calida Nam eorum materia vt terra aut aqua(que frigida ẽ)
105 relinquit. ¶ Secundum hinc iterum euenit vt quida₃ hec iu
dicent esse calida:quidam vero esse frigida: Nam qui ea re-
spiciunt in propria pmanentia natura: calida esse censent. q̃
autem a ppria separata natura:iudicant esse frigida. Est ta-
men vt de ipsis determinatum est. Et(vt paucis ⁊ quasi sub
epilogo dicta perstringamus)quibuscunq₃ materia aque se
cundum plurimum:hec frigida sunt. Opponitur enim maxi
me igni calidissimo. Quibuscunq₃ vero terre aut aeris: hec
minus sunt frigida. Calidissima tamen et frigidissima alie-
na caliditate et frigiditate fieri contingit:et potissimu₃ que
maxime coagulata/solidaq₃ sunt. Fortiter enim caliditatis
⁊ frigiditatis impressionem admittunt:et impressam retinẽt
Hinc solidiora:caliditate priuata frigidiora apparent itidẽ

et calefacta apparent calidiora/fortiusq; exurunt. vt aq̃ calidior appar; fumo:⁊ lapis ignitus calidior aqua/fortiusq; exurit.

Tertii cap.note.

¶ In igne/in contemperamento igneo ¶ In aqua/in aque contemperamento.

TErtium cap.continet duas conclusiones.tres rati
ones ad secundam ⁊ vnum correlarium. ¶ Prima 107
conclusio. Homiomera vt caro/os/neruus/⁊ vnum
quodq; reliquorum : ex elementis constant. ¶ Nam ex
his vt materia:omnia nature opera fiunt . Et eorum que
dam sunt ex quibus naturalia constant vt ex materia:vt pas
siua. Et quedam ex quibus constant secundum substātiam
speciem atq; formam:vt actiua. Constāt igitur Homiome
ra ex elementis. ¶ Secunda. Posteriora et quorum gratia 108
Homiomera sunt et ipsorum organa:ipsis notiora sunt.
¶ Primo quia magis exploratum habemus ꝙ homo mortuus non sit homo nisi equiuoce: quēadmodum fistule lapidee et organa videntur fistule et organa esse:que neq; fistule neq; organa sunt nisi equiuoce. Id autem in Homiomeris vt carne et osse minus perspectum est:⁊ adhuc minus in aqua et igne. ¶ Secundo quia vbi plurimum materie:minus forme est. Ubi autem minus forme: minus cognoscibile. vt si extrema constituamus:materiam scilicet/substantiā et formam:materia quidem nichil est preter ipsam formam omnibus eadem/et qua nulla differre dinoscuntur. Substātia autem et forma omnibus ratio est:et qua singula singulis differre sunt cognita. Intermedia igitur proportionabiliter sese habebunt:secundum ꝙ prope/aut longe/aut materie/aut forme cōstituta fuerint. Homiomera igitur que materie propinquiora sunt:magisq; ipsius imitantia naturam minus distingui/discerniq; possunt: q̃ ea ipsa quorum sunt et gratia quorum existunt:et que magis forme conditiones sequuntur. ¶ Tertio. Quorum opera magis determinata sunt:et ipsa manifestiora erunt. Quecunq; enim suum pro-

prium opus efficere possunt: vere sunt. Ut verus est oculus qui videre potest: et vera serra que secat. At oculus qui videre nequit non vere est oculus: sed Homonyme oculus ut oculus mortuus. et lignea serra que secare non valet nõ vere est serra: sed imago serre et serra equiuoce. At posterior opera magis determinata sunt. ut manus/faciei/oculi/ꝛ lingue: q̃ ossis/carnis/ꝛ nerui. et carnis adhuc magis secũdū naturam: q̃ ignis aut aque. et ita in plantis ꝛ metallis ut ere et argento: que et rursum minus q̃ animalia cognoscibilia sunt: q ꝓpinquius materie/potentieq; sint accedentia. Oia tamen Homiomera ut caro/os/neruus/ꝛ cetera reliqua: in quadam aut faciendi aut patiendi potentia consistunt. Forme tamen et eorum rationes sunt minus manifeste. ¶ Correlarium. Hinc fit ut non sit cognoscere promptum quando existant et quando non: nisi longo temporis interstitio multum eorum natura euariata sit: ut sola quasi eorum remanẽte figura. Quemadmodum circa vetusta mortuorum corpora in sepulchris permagna facta conspicitur: ipsa siquidem plerumq; ipsorum manente figura: aut tacta aut mota citissime defluunt in cinerem: ita et fructus quandoq; sola superstite figura (etsi visui non multum videantur inueterati) tacti tamen statim dissiliunt/dissoluunturq;: ita et circa lactis coagula euẽit ¶ Talia itaq; homiomera/calido/frigido/ꝛ passionibus ab his proficiscentibus: ut coagulatione/ liquatione/mollificatione aut similibus adinuicem differunt et Homiomere partes identidem ut caro/os/pilus/ neruus aliis supra nũeratis differunt: ut mollitie/ duritie/tensione/tractione/comminutione/ꝛ ceteris similibus: quas calido ꝛ frigido mixtis diximus contingere. Et ex his constitutorum (que anomiomera dicimus) ut faciei/manus/et pedis ꝛ similium hec/et calidum/et frigidum causa sunt ut fiant: quemadmodum es/argentũ/ferrum/caliditas/et frigiditas: causa sunt ut fiat arca/fiala/aut serra. preter tamen illa in artificialibus est ars/artisq; species: ita et in iis que constant a natã pret illa cã est natã aut queuis alia. Cũ igit cognouerim⁹ cui⁹ gnis vnũqdq; homiomeroꝝ fuerit an scʒ aialiũ/vegetãtiũ/an defossibiliũ accipiẽd erit de eoꝝ vnoquoq; qd sit

vt quid sanguis/quid caro/quid semen.et ita ceterorũ.Sic enim de vnoquoq; maxime sciemus quid et propter quid: cum materiam vt ex hac disciplina perspectum est:ꝛ formã ex alia deprehenderimus:et cum ambo et generatõis ꝛ corruptionis (et vnde ipsis motus sit) principia cognouerimus Quequidem cum cognita perspectaq; fuerit:mox consyderatõnem nostram ad ea que ex ipsis sunt constituta cognoscenda/vt anima lia/ꝛ plantas ꝛ alia talia cõuertemus.

Quarti meteororum
Aristotelis finis.

Tabula primi de anima.

¶ Qd scientia de anima sciarũ naturaliũ honorabilissima sit: tum ob demõstrandi certitudinẽ/tũ ob subiecte materie p̃stantiam atq3 nobilitatem. 1
¶ Difficilimũ esse: scientie de aia tradere certitudinem. 2
¶ Qd diffinitiões que accidẽtia non complectant: dialectice sint & vane: & huic tradende discipline mĩme accõmodãde. 3
¶ Physicũ i diffiniẽdis aie passionib⁹: matiã adiũgere. 4
¶ Determiationis p̃ncipium ab antiquo opinionibus auspicandum esse. 5
¶ Duodecim de aia antiquo opiniones: quaru3 prima est Democriti & Leucippi. 6
¶ Scda. quorundam Pythagoricorum. 7
¶ Tertia. Anaxagore. 8
¶ Quarta. Empedoclis. 9
¶ Quinta. Timei. 10
¶ Sexta. Xenocratis. 11
¶ Septima. Thaletis milesii. 12
¶ Octaua. Diogenis. 13
¶ Nona. Heracliti. 14
¶ Decima. Alemeonis. 15
¶ Undecima. Hipponis. 16
¶ Duodecima. Critie. 17
¶ Animã ignẽ nõ eẽ. neq3 seipsam (vt volebat Democrit⁹) mouere. 18
¶ Intellectũ: magnitudinẽ/circulũ siue globum (vt sentiebat Timeus) non existere. 19
Qd Anima non sit harmonia. 20
¶ Non (q aiam gaudere/tristari & similib⁹ p̃turbationibus affici: dicere ꝯsueuim⁹) idcirco ipa3 moueri oportere. 21
¶ Animam: cum Xenocrate nume seipm mouentem haud quaq̃ esse sentiendum. 22
¶ Animã modo quo existimabãt antiqui nõ eẽ icorpeã. 23
¶ Non opus esse aiam ex elemẽtis cõstare: quo singula singulis cognoscat. 24
¶ Nullũ adhuc de tota aia determiatione exegisse 25
¶ Sententiã eo minime esse p̃bandam: qui aiam toti vniuerso ꝑfusam/ꝑmixtamq3 esse censuerunt. 26

¶ Utrũ omĩa anime opera a tota pficiscantur aĩa/ an a diuersis/ Anne potius ab eius diuersis partibus atq3 potentiis? 27

Breuis introductio ĩ libros de anima Aristotelis.

- Anima
  - Potentia
  - Obiectum
  - Operatio
  - Organum
  - Gradus viuẽdi
- Potentia
  - Uegetatrix
  - Sentiendi
  - Appetendi
  - Mouendi
  - Intelligendi
- Uegetatrix
  - Alendi
  - Augendi
  - Minuendi
  - Generandi
- Sentiendi
  - Exterior
  - Interior
- Exterior
  - Audiendi
  - Uidendi
  - Odorandi
  - Gustandi
  - Tangendi
- Appetendi
  - Cupiendi
  - Irascendi
  - Uolendi
- Mouendi
  - Progrediendi
  - Nandi
  - Serpendi
  - Uolandi
- Intelligendi
  - Siplex apphẽdẽdi
  - Componẽdi
  - Diuidendi
  - Rõcinandi
  - Contẽplandi
  - Agens
  - Possibilis
- Obiectum
  - Alimentum
  - Sensibile
  - Appetibile
  - Locus
  - Intelligibile
- Sensibile
  - Per se
  - Per accidẽs
  - Cõmune
  - Proprium
- Operatio
  - Alitio
  - Auctio
  - Diminutio
  - Generatio
- Sensatio
  - Auditio
  - Uisio
  - Olfactio
  - Gustatio
  - Tactio
  - Phantasia
- Appetitio
  - Cupiditas
  - Ira
  - Uoluntas
- Motio
  - Progressio
  - Natatio
  - Serptio
  - Uolatus
- Intellectio
  - Siplex apphẽ°
  - Compositio
  - Diuisio
  - Rõcinatio
  - Contemplatio
  - Consultatio
- Organũ
  - Totũ corpus
  - Organicũ est
- Gradus viuendi
  - uegetans
  - Sentiens
  - Se mouens
  - Intelligens

Anima est actus p̄mus: substãlis/ corporis natura lis/ organici in potẽtia vitã hñtis. ¶ Uita ẽ vegetatiue potentie operatio. ¶ Itẽ aĩa ẽ p̄mũ p̄ncipiũ quo viuim⁹/ sentim⁹/ mouemur/ quoue ĩtelligim⁹ ¶ Potẽtia vis ẽ aĩe: qua alicui⁹ opis ẽ effectiua. ¶ Potẽtia vegetãdi ẽ qua aĩa nutrit/ auget/ minuit/ suũue producit simile. ¶ Potẽtia vegetãdi/ vegetatiuũ. ¶ Pñã sentiẽdi: virt⁹ organica ẽ qua sensibilia cognoscim⁹. Que si in exteriore organo suã facit sentiendi operationem: sentiendi potẽtia exterior nominat̃. Si vero in interiore: interior. Potẽtia sentiẽdi/ sensitiuũ. ¶ Potẽtia appetẽdi virt⁹ est aĩe qua cupim⁹/ irascimur/ volum⁹/ aut qua q̃d simile facim⁹. Potentia appetẽdi/ appetitiuũ. ¶ Potẽtia mouẽdi ẽ qua viuẽs: a se de loco in locũ transfert. Pñã mouendi/ motiuũ. ¶ Potẽtia itelligẽdi ẽ qua intelligim⁹/ vt simplex apprehendim⁹/ componim⁹/ diuidim⁹/ rõcinamur/ speculamur/ ꝯsultamus. ¶ Intellect⁹ agens est intellectionũ efficiens. ¶ Possibilis vero intellectiões recipiẽs. ¶ Potentia intelligẽdi/ itellectiuũ. ¶ Obiectũ est circa q̃d (vt suã faciat operationẽ) aĩe pñã negociat̃: q̃dq̃ ei p̄ntatur atq̃ obiicitur. ¶ Alimentũ est quo vegetandi virtus alit/ suaq̃ reliqua exercet officia. ¶ Sensibile est q̃d est sensu pceptibile. Quod si suam in sensu imp̄mit spẽz: sensibile per se existit. Sin minus: sed alterius rei specie/ priuatiõe ue diiudicatur: per accidens dicitur. ¶ Sensibile cõmune est q̃d pluribus exteriorib⁹ sẽsib⁹ pcipit̃. vt numerus/ magnitudo/ tempus/ figura/ motus ⁊ quies. ¶ Sensibile pprium est q̃d ab vno dũtaxat exteriore sensu percipitur. vt hec: sonus/ color/ odor/ sapor/ caliditas/ frigiditas/ humiditas/ siccitas. ¶ Sonus est sensibile pprium [illegible] auditu per se perceptibile. Color a visu. Odor ab [illegible] apor a gustu. Caliditas/ frigiditas/ humiditas et sicc[illegible]tu. ¶ Apperibile est quod appetendi virtus conc[illegible]ui irascitur/ aut quod vult. ¶ Locus quid sit: satis [illegible]tum est: cuius he sunt differẽtie. sursum/ deorsum/ ante/ post/ dextrum/ et sinistrum. ¶ Intelligibile est quicquid intellectu capitur: et circa quod suam exercet operationem. ¶ Alitio est alimenti in subãm ei⁹ q̃d alitur: conuersio. ¶ Auctio ẽ suscepto alimẽto: maioris molis acquisitio. ¶ Diminutio est viuentis ob reparande flu-

re substantie defectum: molis minoratio. ¶ Generatio est ex viuentis semine: alterius similis pductio. ¶ Sensatio e in sensu: obiecti sensibilis deprehensio. Que si in interiore fiat organo interior/ Phantasia & imagiatio nomiatur. Si in exteriore/ exterior. Si in auditu/auditio. In visu/visio. In holfactu/odoratio. In gustu/gustatio: & in tactu/tactio. ¶ Appetitio est appetitiue virtutis operatio. ¶ Cupiditas est conuenietis/pulchri/ boni/aut tale apparentis appetit⁹. ¶ Appetitus/appetitio/desideriu. ¶ Ira est efferuete sanguine circa cor: vlciscendi appetitus. ¶ Volutas est cu proposito: rei psequende aut fugiende appetitus. ¶ Motio est ei⁹ qd a se mouetur: de loco i locu traductio. ¶ Progressio est que beneficio pedu excercetur: motiue virtutis operatio. ¶ Natatio que natadi apto instrumeto. ¶ Serptio q ventre & volumine molis. ¶ Volatio que alis. ¶ Intellectio est virtutis intellectiue operatio ¶ Simplicis apprehe sio est simplex rei conceptio. ¶ Copositio est mentis affirmatio. ¶ Diuisio negatio. ¶ Ratiocinatio est intellect⁹ argumentatio. ¶ Speculatio est circa ea que aliter se habere no possunt: mentis consyderatio. ¶ Consultatio vero circa contingentia & ea que aliter se habere possunt. ¶ Organu est disposita potentia in qua vis aie suam facit operatione ¶ Gradus viuendi intelligitur cu viuens eam vim aie pticipat que ab aliis separat aut a qua separate manent reliq. ¶ Vegetans est qd vegetandi obtinet potentiam. ¶ Sentiens: qd tangendi. ¶ Se mouens quod de loco in locu se & a se agitandi. ¶ Intelligens quod vim obtinet intelligedi.

Jacobi. F. Stapulen. i tres libros de anima Aristotelis Paraphrasis.

Prohemii de anima note.

¶ Accidentia/accidentia per se. ¶ Quid est/ vt pcognitionis existit. ¶ Dialectica diffinitio: est que nō abstractorꝫ solā formā adhibet. ¶ Aduēticia/ab extriseco aduenientia.

Liber de Anima

tres libros ptiales complectit. Primus duos tractatꝰ Primus tractatꝰ qui ꝛ phemium: duas cōclusiones. q̄tuor rōnes ad scd̄am. Unum correlariū ad eius tertiā rōnē. ꝛ duo ad quartā. ¶ Prima ꝯclusio. Qui bonoꝝ honorabiliū sciam esse opinant: alterā altera honorabiliorem existimant: aut pꝑter demonstrandi certitudinē: aut ob subiecte materie p̄stantiam atq; nobilitatē. Hac vtraq; de cā scia de aīa sciarum naturaliū est honorabilissima. ¶ Propter quidem demonstrādi certitudinē. Nam aīa ea est que ī nobis vite principiū est ꝛ cuius opa in nobis exprimur. non aūt alioꝝ. Habet igr̄ demōstrandi certitudinē. imo vero aīe cognitio ad oēm pficit veritatem ꝛ maxime reꝝ naturaliū. Ob nobilitatē autem. Nā ceteris rebus (q̄bus sensibilis formatur mūdus) aīa preesse videtur. Et euadet clarius: cum anime naturā dep̄henderimus: ꝛ eius passiones tū pprias/ tum cōmunes. Eius em̄ rōne he aīalibus pprie/he vero cōmunes inesse vident. ¶ Secunda. etsi aīe sciam demōstrandi certitudinē habere dixerimꝰ: illam tamen de anima tradere certitudinē difficilimū est. ¶ Primo quia quid sit aīa ꝛ eius diffinitionē afferre: non est facile. Et apud philosophos adhuc dubium est: an oīm inuestigādis diffinitionibꝰ sit modus idem/eadēq; via/an diuerse. Et queadmodū diuersa sunt (de quibꝰ agitur) negocia: ita diffiniendi diuersos moliri oporteat modos ꝛ diuersas diffinīedi vias. Si oīm diffiniendoꝝ idē est modus: ꝛ eadē est via: querere illā oportet: quā vtiq; repertā exploratāq; hr̄e: facile nō est. Nā siue hanc posueris demonstrationē/siue dīonem/siue cōpositionem atq; collectionē: multe adhuc dubitatiōes ꝛ multi reli

qunt errores. z vniuscuiusqз: propa inuestigare oportebit pn
cipia. Alia enim numerorum pncipia: z alia linearum z planorum. Si
dixeris scdm tractandorum negociorum diuersitatem: diuersos esse
diffiniendi pquirendos modos/ diuersasqз vias: z id quid am
plius z magis cognitu difficile. Nam circa vnumquodqз cognosce
re oportebit: quis erit ppus diffiniendi modus. Sciam igr de
aia tradere difficillimorum e ¶ Scdoqz difficile e assignare ge
nus aie/ an sit suba/ qtum/ quale/ aut aliquid aliorum. Et si sit
suba: dubium est an sit actus/ aut pot/ z an ptibilis/ an impti=
bilis/ an omis aia omni anime similis sit spei. Queadmod it
putarunt qui de aia ronali mentionem facientes: crediderit de
omni aia sufficienter determiasse: an aie specie drant z gene=
re pueniant. Qz si ita fuerit: supest dubium an ipsius sit vna
comunis ratio queadmod aialis: an scdm vnaquaqз spem
eius: altera z altera. Queadmod altera ppria est homis/ ca=
nis z equi. Uniuersale enim vt aial z vnumqodqз qd simlr pdi
cetur aut nichil est aut posterius est. ¶ Tertio. qz non est fa=
cile determiare an in vno vt in aiali multe sint aie: an po=
tius vna que multas ptes ac potentias retineat. vtpote ve
getatiua/ sensitiua/ appetitiua/ motiua et intellectiua. Et si
potentias habeat: an potius de toto/ an de potentiis/ an de
potentiarum obiectis aut operationibus pma determiatio facien
da sit: et quo potissimum sit ordiendum. Ut vtrum pus determi=
nandum sit de sensitiuo/ sensibili z sentire: intellectiuo/ itelli=
gibili z itelligere. Non enim solum que essentiam indicant pqui=
renda sunt. vt Mathematici quid linea/ qd planum/ quid re=
ctum/ quid curuum: ex qbus que per se insunt: demonstrant.
imo nobis in hac ediscenda disciplina: accidentia cosyderare
erit oportunum. Accidentia enim ad cognoscend quodqd e: ma=
gnum nobis prestabunt adiumentum. Ideo post aliquantulam ac
cidentium dephensionem: nobis conducet non parum quid est
accipere. Est enim quid est: ois demonstrationis principium
¶ Correlarium. Unde fit vt diffinitiones que accidentia non co
plectunt neqз facilem de ipsis prebent coniecturam: dialectice
z vane sint oes: huic nro opi mime accomodande. ¶ Quar
to qz dubitationem pstant non modicam: aie passiones z acciden
tia: an ipsi z cõposito oia sint comunia/ an quedam sint ei ppa
Plurima pfecto sine corpis vsu oino fieri non posse videntur
vt sentire/ irasci/ mitescere/ misereri/ timere/ confidere/ cosy

derare/gaudere/amare/odire. Uidemus eñ plerosq3 magnis z duris incidentibus casibus nichil irasci/ neq3 timere:quia corpus non moueatur. q̃ leui occasiõe corpore moto vt irascentibus:ꝓtinus succensent z irascuntur.et nullo terribili iminente:aliquando timere. Et intelligere: anime maxime ꝓprium videtur. Si tamen esset Phantasia quedã aut non sine Phantasia:sine corpore esse non posset:z si anime ꝓprium esset intelligere:sicut recto vt rectum est:ꝓprium est Spheram vt eneã in puncto tangere z multa vt hmõi:sunt ei ꝓpria.non tamen tanget rectũ separatũ: quando quidẽ acorpore seiungi/ separariq3 non possit. Et si intelligere anime ꝓprium sit vt nulla egeat corporis functione:ipsam siquidem animã separari contingere nichil apparet incõmodi. Sinautem nulla sic anime operatio propria est : separari non potest.(Nichil enim a natura ociosum nichil sine vsu aliquo fit vnq̃)sed de anima z eius propriis vt de recto dictum est z de iis que recto vt rectum est: propria sunt: sentiendum esset. ¶ Primum correlariũ. Unde fit vt(cum anima plerasq3 operationes queadmodũ nunc dictum est : corpori et materie coniunctas habeat) ipsius Physica sit determinatio. et hoc aut de omi aut de tali.

4 ¶ Secundũ correlarium.fit etiam vt in diffiniendis anime passionibus: Physicus materiam adiungere debeat. vt in diffinienda ira. Diffinit enim irã hoc pacto Physicus. Ira efferuentia est sanguinis circa cor:vlciscendi doloris desiderio concepta. Dialecticus hoc pacto. Ira est vlciscendi doloris appetitus. Differenter enim eadem diffiniũt Physicus et dialecticus. Nam Physicus materiã suis diffinitionib⁹ adhibet. Dialectic⁹ aũt solã formã. Rõnem eñ formã z spẽm dicim⁹. Diffinitionũ hec materiã sola3 adhib3 vt domus est ligna/lapides z intritum. Hec formam:vt dom⁹ est a ventis/imbribus/caloribus z frigore defensio. Hec vero vtrũq3 connectit.vt domus munimentũ est a ventis/imbribus/ caloribus et frigore/ ex lignis lapidibus intritoq3 constans. Queritur ergo que harũ trium diffinitionũ Physico actineat? Dicimus Physicum eam curare que materiam contineat/formam et opera:que vt huiusmodi seiungi separariq3 non possint. vt forme Physice z opa Physica: quequidẽ opa z dialectic⁹ consyderat: sed materiã negligit.

Sũt em̃ naturalia opera:hec intrinseca vt calor/frigiditas/humiditas/siccitas/hec aduẽticia vt artificialia:que materiã exornant vt sculpture ꝛ incelature: et que viciũ emendant vt medicia. Sũt ꝛ alia que etsi a materia nõ separent: nõ insunt tñ corpori physico vt physicum est. vt rectũ/curuũ/triãgulare/q̃dratũ. Ex his licet intueri qui formas contemplent. Nam naturales formas que a materia seiugari nõ possunt:physici consyderãt:materie haud tñ imemores. Et easdẽ relicta materia dialectici. Abstractas aũt nõ reipsa sed cogitatu ꝛ intelligẽtia Mathematicꝰ. Veras vero rerum formas oĩno a materie cõsortio seiugatas/absolutas/ꝛ imunes:p̃mus/vltramũdanus ꝛ diuinꝰ contẽplatur philosophꝰ Sed his determiãtis:q̃d de aĩa senserint antiq̃:nũc apiamꝰ

Primi cap. scdi tractatus note.

Noĩa philosophorum/qui de anima determiationẽ fecerũt:quorum adducit Aristoteles opiniões. Democritus/ Quidã Pythagorici/ Anaxagoras/Empedocles/Timeus/Xenocrates/Thales Milesius/Diogenes/Heraclitus/Alemeon/Hippon/Critias.

Secũdus tractatus ꝯtinet q̃tuor cap.

Primũ vnã ꝯclusionẽ.ꝛ.12. antiquorum opiniões. Cõclusio. Ut determiationis p̃ncipiũ ab ãtiquorum opinionibꝰ faciamꝰ: ꝯsentaneũ esse videt. Nã que ab ipis bñ dicta sunt recipiemus/nobisq̃ erũt adiumento. que vero male:reiiciemus. Et id prenosse opepreciũ est oẽs ãtiquos per motum ꝛ sensum:aĩam a ceteris maxime secreuisse:et per illa inquirere quid esset:conatos fuisse. Duodecim antiq̃rum de aĩa opiniões. Prima est Democriti ꝛ Leucippi existimantiũ aĩam ignẽ esse: ꝛ calorem quendã ex Sphericis Atomis conflatũ: q̄ maxime mouere ꝛ penetrare seipas et alia possint.et aĩam aĩalibus motũ prestare ꝛ vitam : ꝛ eã respirationẽ esse diffiniebãt. Nam q̃diu respirat aĩal Atomi ingrediẽtes:internas que aĩam constituũt dissipare ꝓhibent: ꝛ viuit aĩal. Cum vero nõ respiret:hoc p̃sidio destituta dissipatur atq̃ dissoluit anima:ipmq̃ perit aĩal. Neq̃ mirum esse si aĩa nõ videat tãetsi corporea sit:qñq̃dẽ ramẽta illa q̃ i ae-

re volitant non nisi in radio ꝓspicere ⁊ deꝓhendere liceat.
7 ❡Scda ē quorūdā Pythagoricoꝝ pene idē sentientiū. Hoc
tn̄ interest.ꝙ nō aīam Atomos:sed virtutē Atomoꝝ motri=
cē esse dixerūt:ꝙ q̄ꝰtacūqꝫ sit trāquillitas: Atomi continue
8 agitari/pelliqꝫ videant. ❡Tertia est Anaxagore aīam fon
tem ⁊ ꝑncipium motus ponentꝭ: et aīam ⁊ intellectū idē esse
nō tn̄ aīam/mentē ⁊ sensum cōfundebat in idē: quēadmoduꝫ
Democritus:qui ꝓinde que sensu appēbant vera esse oīa
dicebat: autore vsus Homero qui inq̄t. Hector iacet:aliē
sapiēs. At itellectū oībꝰ aīalibꝰ/⁊ magis/⁊ ꝑuis/⁊ honorabi
libꝰ⁊ihonorabilibꝰ ꝯsilē inēe:nō videt scdꝫ prudētiā dictū
9 Et he opinādi ratiōes:ex parte motus sūpte sunt. ❡Quar
ta ē Empedoclis aīaꝫ ex q̄tuor elemētꝭ:lite ⁊ amicicia cōfla
tā eē volentꝭ:ex quibꝰ oīa cōstent. Jdo aīaꝫ oīa cognoscere:
et simile ī ea :sua cognoscere similia:hoc testantꝭ carmine.
Terrea vis:terras:vis humida percipit vndas.
Ether ab etherea:sentitur ab ignibus ignis.
Pax pacem monstret.litem lis aspera noscat.
10 ❡Quita est Timei volentꝭ aīam ex elemētis eē conflatam
vt simile simili cognoscat:autore Platone in Timeo.et in
iis qui de Philosophia:disseruit ex vniꝰ Idea longitudinē
ꝓdire:⁊ latitudinē ⁊ ꝓfunditatē suo mō. Et vniꝰ Ideā itel=
lectū prebere:ꝙ sit sciendi ꝑncipium.ꝑmā duitatē ꝑbere sci
entiā:ꝙ ab vno ad vnū ⁊ semꝑ veꝝ ꝓcedat.opinionē vero a
ꝑma nasci trinitate:ꝙ ab vno ꝓbabili ad duo:nūc adveruꝫ/
nūc ad fl'm ꝓcedat.et sensum a ꝑmo q̄ternario: ꝙ sit solum
corporeoꝝ ⁊ solidoꝝ. Numeros em̄ vocat:reꝝ spēs/ꝑncipia
⁊ elemēta. Et cū intellectu/scīa/ opiniōe ⁊ sensu cognosca=
11 mꝰ:ex hoꝝ numerꝭ cōflat aīaꝫ. ❡Sexta est Xenocratꝭ vtrū
qꝫ ⁊ motū ⁊ sensū cōnectentꝭ. Inq̄t em̄ eā eē numeꝝ se ipm
mouentē. Numeꝝ quidē quo faciat eā ex oīm ꝑncipiis ꝯsta
re:⁊ vt oīa cognoscat.mouentē addit:qꝛ eā ꝑncipiū ⁊ origi=
nē motus credit.creditqꝫ numeros:rerū principia esse. Et
vt sūmarie dicatur: qui cognoscere ⁊ contēplari anime pro
prium crediderunt:eam ex rerum principiis conficiunt. Et
vt de rerum principiis/multitudīe/paucitate/ corporeo aut
12 incorporeo euariant:ita inter se de anime natura. ❡Septīa
est Thaletis Milesii dicentis animā esse aliquid motiuū.
Hinc Magneticum lapidem credidit (ꝙ ferrum moueret)

animā habere. ¶ Octaua est Diogenis eam esse aerem vo= 13
lentis: opinantis eum oīm esse subtilissimum et rerum ori=
ginem et principium. ¶ Nona est. Heracliti qui omnia ex 14
vapore calido/calidoqꝫ halatu gignebat: quem nichil aliud
esse q̄ ignem volebat: omniū subtilissimum et pene incorpo
reum et semper fluentem. Hinc animam dixit esse vaporē.
¶ Decia est Alemeonis: animam esse immortalem et sem= 15
per moueri: et ꝙ sillimā eē soli/lune ꝛ celo (que sempiterno
agitatu feruntur) volentis. ¶ Undecima est Hipponis. In 16
quit enim Hippon animam esse aquam: ꝙ oīm semen humi
dum sit. ¶ Duodecima est Critie: animam sanguinem esse 17
sentientis. Hoc ideo quia sentire proprium esse anime iudi=
cabat: et nos sanguinis beneficio sentire. Et que exanguia
sint/sanguineqꝫ priuentur vt ossa/vt dentes/ vt vngues nō
sentiant. Et omnes ex tribus: anime diffinitionem querūt:
motu/sensu/ ꝛ incorporeo aut subtilissimo: vt id incorporei
nomen sibi iure quodam: vendicare posse videatur. Et si=
mile simili cognosci consentiunt omnes: vno Anaxagora ex
cepto. qui intellectus et aliarum rerum: nullum posuit esse
similitudinis cōmercium. Hinc omnes: animam ex omni=
bus conflant principiis: vt omnia cognoscat. Et qui tantū
vnum ponunt principium: ex vno eam constituūt. et qui plu
ra ex pluribus. et qui contraria ex contrariis vt Empedo=
cles. Et nomina ei indiderunt hi Zeon et vitam/ hi Phy=
zen: ꝙ euentatiōe ꝛ respiratione egeat. Sed quid de anima
senserint antiqui: hactenus satis percursum est.

Secundi cap. note.

¶ Fusile argentum/argentum viuum. ¶ Sub voluntate et
intellectu: appetitum ꝛ Phantasiam comprehendimus.

Ecundum cap. continet duas conclusiones. septeꝫ
rationes ad primam. et octo ad secundam. ¶ Pri= 18
ma conclusio Animā ignem esse: et seipsam moue=
re (vt vult Democritus) impossibile est. ¶ Primo.
quia prius demonstratuꝫ est quicquid mouetur: ab alio mo
ueri/nichilqꝫ a seipso moueri. ¶ Secundo bifariam dicit
aliquid moueri: aut per se: vt quod in se motum habet/ aut
per alterum: vt quod cum non moueatur: in eo est qđ mo=
uetur. vt nauta sedens in naui: hec siquidem per se moue=

tur: ille autem per accidens. Queritur ergo an anima per se moueatur/an per alterum? Si per se: oportet eam augmentatione/diminutione/alteratione/ vno aut pluribus horum motuum moueri. Quicquid autem aliquo hoꝝ motuum per se mouetur: i loco est/cinctũqꝫ corpore. Anima igitur ꝛ corporea et in loco est: quod est impossibile. Si dederint per alterum vt albedo et nigredo: nullus diffitebitur. vtpote que in eo (quod mouetur) existat. Mouetur enim corpus: sed eã tunc accidit et consequitur non moueri: quare nec seipsam mouere. ¶ Tertio quia quecũqꝫ sensibiliũ mouentur: motum scd̃m naturam et motum violentum eisdem accidere videmus. Itaqꝫ ꝛ anime: motus secundũ naturam ꝛ violentus acciderent: quare ꝛ quiesceret nũc natura/nunc vi. In quod eñ aliquid natura mouetur et in eo natura quiescit. In quod autem vi: violente. Sed quis anime violentꝰ motus si seipsam moueat? que natura quies? que violenta? Hec ipsi vel effingere volentes nequeant. ¶ Quarto. si anima sit ignis vt ponit Democritus: ignis autem solum sursum moueatur: et anima solum sursum mouebitur. Et cum anima: corpus moueat et ipsum quoqꝫ et animal vnũquodqꝫ: natura sursum mouebitur. Sed quid absurdius? Et ita agimus contra eos qui eam ex aliquo aliorum elementorum conflarunt. Nam si terra esset: solum agitaretur deorsum. si aqua: in locum aque. et si aer: in aeris locum. ¶ Quinto. si anima seipsam moueat: rationabile est consimilibꝰ motibus moueri corpus. Nam ipsa corpus mouere videtur. Et retroagitur si anima seipsam moueat ꝛ moueat corpꝰ: rationabile est animã se talibus agitare motibus: quibus ꝛ ipsa corpora agitari videmus. Atqui corpora delatione ferri videmus. Delatione igitur et loci mutatione fertur anima. quare ꝛ exire continget animam ꝛ regredi et animalia mortua iacentia resurgere. Unicum itaqꝫ ipsis confugium esse videtur: animam per alterum et per accidens moueri dicere. Et cum anima: aliquo violentia impellitur: et animam quoqꝫ id per accidens pati. Non igitur per se mouebitur. Cui enim aliquid per se conuenit: illud per accidens eidem non conuenit. Neqꝫ ediuerso. vt quod est per se bonum: non est per accidens et alterum bonum. Et neqꝫ quod per accidens bonum ẽst: id per se bonum est.

Neq; dicere possint motus sensibiliũ peculiares et propos esse anime:quibus seipsam moueat. Nam sine exterioribus: sensum exercitare non potest. Et ita de appetitu & ceteris. ¶ Sexto.quia id ipsi fatentur:animam vt animam moueri essentiaq; esse motum. quod autem mouetur videmus seorsum a motu stare. quare & si de anima ita futurum sit: stabit seorsum a sua essentia. Sed quo pacto id fiat? satius est igitur confiteri ipsam secundũ accidens moueri:et non per se/motũue eius esse substantie. ¶ Septimo Democritus asserens Spherales Atomos:semper agitare corpus:q nusq̃ nate sint manere: persimile dicit Philippo Comediarũ scriptori: Dedalum olim ligneolã Venerem fecisse:que(fusili argento infuso)se motaret. Sed queritur a Democrito quid causa quietis animalis sit? nunquid afferre poterit semper mobiles Atomos et que sese quietare non possint? Et certe non sic moueri videtur animal:sed voluntate & intellectu Et Timeus propinqua Democrito asserebat: animã scilic; seipsam agitando simul mouere corpus:q corpori sit adiecta/alligataq;. Inquit enim Timeus cum anime opifex deus eam condidisset rectam: circũflexit in orbe;: quem in geminos secuit:quorum vnus circundaret & alter interior haberetur. Interiorẽ rursum cõminuit & secuit in septem: quẽ sectum septem rursum glomerauit in orbes. quapropter inquit celum torquetur in gyru;:q anima sit circulus. que in harmonicos diuisa circulos:et ex his vt elementis conflata:suo motu corpus torquet & euoluit. Ex harmonicis siquidem conflata circulis/ canorisq; numeris quo perdulcem illam semper possideat harmoniam : et quo emodulatos: sempiterno motu afferat/ ciatq; gyros. Sed primum Timeus occurrit arguendus:q animam fecerit magnitudinẽ: et maxime eam quam vult esse rationalem et intellectum. Nam hec de anima mundi intellexit: quam vt puram mentem esse intendit.et non qualis sensitiua/ qualisue appetitiua:que se per directum foras profundunt / suosq; exercẽt actus. ¶ Secunda. Intellectus magnitudo/ siue circulus/ 16
siue globus vt (vult Timeus) esse non potest. ¶ Primo. quia omnis magnitudo continua est:q eius particule in terminum communem finiunt:in ipsoq; copulantur. Intellectus autem hoc pacto continuus esse non potest:

sed(vt intelligibilia)vnus est:aut oino imptibilis aut nō vt magnitudo cōtinuus. ¶Scdo.quomō ītelliget cū velit Timeus ipsi opus esse tactu et appropinquatiōe rebus : quas sit pcepturus.Si qualibet pte intelligat:⁊ ptes sue sint pūcta(cū ipsa sint infinita)infinita trāsibit.Si ptes ponis magnitudines:contiget ipsum infinities idē intelligere qd semel ītelligere sufficeret.Si nō qualibet pte sed toto curuamine/totiusqȝ cōtactu:ad quid erūt ptiū cōtactus? Et quō totum tangēdo intelligat:cuiꝰ nulla pte tangēdo intelligat? quomō intelliget indiuisibile? si indiuisibili nō toto curuamine/circuloqȝ/⁊ totius cōtactu intelligit.neqȝ quidē diuisibili.Nam diuisibile:indiuisibili attactuȝ nō habet.¶Tertio.quia ītellectus opatio: intellectio est/circuli circulatio. qui fit igr̄ vt intellectus circulus sit? cuius intellectio circulatio sit? ¶Quarto.circulatio ppetua est. At intellectus motiones: finē habent. actiue quidē q₂ sunt alicuiꝰ gratia. Prorsus autē in infinitū non valent ⁊ contēplatrices.Nā he aut diffinitiōe aut demōstratione cōtemplant̄. finita aūt ois diffinitio/omisqȝ demōstratio. heꝙ ad principiū non reflectunt̄.sed potius scdm rectū pcedere videtur.Circula tio autē semp ad principiū reflectitur.non est igitur intellectus circulus: ⁊ eius intellectio circulatio ¶Quīto. intellectio ⁊ mētis operatio: quieti ꝙ motioni similior est. nō igit̄ cirulatio existit. ¶Sexto. motus videtur esse ab anime natura ꝙ status:magis alienus. Monstrant hoc temulenti / egrotantes/infans ⁊ senes.Si igitur continue et irrequiete moueret̄:motus esset eiviolentus/preter naturam/minusqȝ sue nature cōueniens semper:quod esse nequit. Et si dixeris motū esse eius essentiam relabimur in predicta incōmoda/ vrgebitqȝ difficultas quo intelliget imota . Videretur em̄ motum ⁊ sola mota deprehendere facile:cuius tamen oppositū constat. ¶Septimo consentiūt plurimi melius esse intellectui:liberari corpore:quo tanꝙ vinculis ⁊ carcere clausus detinetur tanꝙ corpore soluto beatior/feliciorqȝ futura sit vita.Laboriosissimū igitur (vt sentit Timeus) animā mundi ⁊ perfectissimū intellectū nunꝙ a corporis vinculis posse absolui.Neqȝ causā assignauit cur celestes orbes torqueant̄ in girum.Et si querat causam. si intellectꝰ molis et magnitudinis ois sit expers cur voluat in circulū? Dicimꝰ

quia melius est et taliter esse. Fit eñ vnũquodq; vt q̃ fieri potest optime. sed hec cõsyderatio aliena est. ¶ Octauo q̃a dicit Timeus aiam se iungere corpori: ipam mouere corp⁹ et corpus moueri. Neq; diffinit vllo pacto: quale corpus/ qualiterue dispositum: ipsam suscepturũ sit: ꝑinde atq; sine discrimine in qual; migret: ꝑsimile Pythagoricoꝝ fabulis: qui quãlibet aiam in quodl; corpus ingredi fingunt. iisq; dicunt similia.

Morte carent anime. semperq; priore relicta
Sede: nouis domibus viuũt: habitantq; recepte.
Omĩa mutantur. nichil interit. errat/ et illinc
Huc venit: hinc illuc: ⁊ quoslibet occupat artus:
Spiritus. eq; feris humana in corpora transit:
Inq; feras noster. nec tempore deperit vllo.

Sed ita sentire nichil aliud est: q̃ si quis artem fabrilem transire putet in fistulas. Ut eñ ars ꝓpriis vtitur instrumẽtis: ita quoq; anima ꝓprio vtitur corpore instrumento. Uideturq; vniuscuiusq; aiantis corpus: ꝓpriam sibi vendicare speciem et formam.

Tertii cap. note.

¶ Sensoria/ organa. ¶ Sensuũ organa/ vt oculus/ vt auris

Ertiũ cap. ꝯtinet tres ꝯclusiones. q̃tuor rõnes ad primã. duas ad scdãm. et octo ad tertiã. ¶ Prima ꝯclusio. aia nõ est (vt senserunt antiqui) harmonia. 20
¶ Fuit eñ antiquoꝝ cõpluribus vulgata et apprime credibilis opinio: nulla dictaꝝ inferior: aia; esse harmoniã: ⁊ corporis ex ꝯtrarii cõpositi cõpositionẽ/ cõmixtionẽ/ cõtemperamentũq;: ꝯria ⁊ aduersa (ne dissoluãtur) concilians. Hanc eñ compositionẽ/ compositoꝝq; ꝓportionẽ vocant harmoniã. Et hec in cõibus congressionibus cõiter reprobata est opinio. Que ꝗ iteꝝ vera nõ sit ostendimus. ¶ Primo quia harmonia ꝓportio quedã est eoꝝ que sũt mixta: aut mixtoꝝ cõpositio. Hoc ipsi concedũt. At aia neq; ꝓportio neq; cõpositio est. nõ est igit̃ harmonia. ¶ Scdo harmonie non est mouere. Jd autẽ anime esse precipiũ consentiũt oẽs. Non est igr̃ harmonia. ¶ Tertio. harmonia potius afferri debet de corporeis virtutib⁹ vt sanitate/ pulchritudine/ robore: q̃

se quidem. quia ex se spēm prebet: qua videatur. Non ratio
ne. qua absoluta res est: que ad visum non refertur. vt visi-
bile. que licet nunq̄ conspecta: plane tn̄ cōsistet/ eritq3 color
¶ Tertia. Color: sine lumine videri non pōt. ¶ Nam colo- 53
rem ita diffiniūt. Est qui suapte natura mouet: actu perspi-
cuū. Actu autem perspicuū (quod Diaphanes vocant) sine
lumine non est. Non itaq3 contingit colorē sine lumine vide
ri ¶ Correlarium. Unde fit vt de lumine & perspicuo: prius
determinandū sit. Perspicuū enim est qd suapte natura vi
sibile non est: sed alieno visibili. vt celum/aer/aqua: & plera-
q3 solida corpora. Aer em̄ vt aer: et aqua vt aqua visibilis
non est. sed illius ratione q̄d in ipsis recipitur visibile. Et
lumen est actus perspicui: vt perspicuū est. Est enim lumen
quasi perspicuoꝝ color. ¶ Quarta. Que potentia perspicua 54
sunt: tenebre aliquando sunt. que autem semꝑ actu perlu-
cent: nūq̄. ¶ Nā que potentia perspicua sunt aliquādo actu
perlucent lumine collustrata: & perspicua sunt actu: aliquan
do autem non perlucent: lumine carentia. Sunt igitur ali-
quando tenebre. Tenebras em̄ dicimus luminis in perspi-
cuo carentiā. que autem semꝑ actu perspicua sunt: semper
lumen possident collustrans. non igitur tenebre sunt vnq̄.
¶ Quinta. Etsi corpora lucida vt ignis/ sol & astra: lumen 55
prestent in perspicuo sue lucis speciem: non tamen lumen:
aut ignis/aut sol/aut astrum/aut ab illis corporibus deflu-
xus esse potest. ¶ Primo. quia si quod illoꝝ esset: aut q̄dā
(vt aiunt) defluxus ab illis: corpus esset. quod cum sit toti
perspicuo presens: duo corpora simul erunt/ atq3 se simł oc
cupabunt: quod fieri non potest. ¶ Secūdo q̄a tenebre: sūt
luminis priuatio. non autem ignis/solis/astri/aut corporū
defluxus. ¶ Correlariū. Unde fit vt Empedocles absurde 56
satis censuerit lumen inter terram & continentē celi ambitū
ferri: nosq3 interdum latere. Nam dignaretur venia: si par-
uo latum spacio latere diceret. sed in tanto (q̄ntus ortu clau

ditur et occasu)spacio idem sibi concedi magnum postulat:
57 et non a rationis compote profecto admittendū. ¶ Sexta.
Perspicuum coloribus vacat: et vt de se inuisibile est. ¶ Nā
quod sonos capit: de se sonis est vacuū. et quod odores:
inodorum. tale autem perspicuū ad colores cum potentia
58 sit: quale aer ad potentia sonum: perspicuum igitur colori-
bus vacabit: eritq; vt de se inuisibile. ¶ Septima. Etsi p-
prius vniuscuiusq; rei color videatur in lumine: non tamen
omnia visibilia spectantur in lumine. ¶ Nam nōnulla sunt
que non in lumine sed in tenebris cient/efficiuntq; sensum.
vt ignita/fungi/quorūdam animalium cornua/ piscium capi
ta/squame/oculi/putres arborum trunci: carie/ situq; mar-
cidi: quorum non est vnum nomen: quo simul ea complecti
possimus. Et quā ob causam in tenebris et nō interdiu ful-
59 geant: postea dicturi sumus. ¶ Octaua. non recte Democri
tus putauit: si totum quo cernimus spacium vacuum esset:
expedientius/ acutiusq; singula videri: adeo vt medio in-
terstite vacuo formica in celo a nob exactissime ac expeditis
sime videretur. ¶ Primo. quia id cognitum est: quod in lu-
mine spectatur colorem esse. natura enim eius est mouere:
actu perspicuū. vt aerem. qui cum sit oculo attiguus: mouet
oculum: hoc indicio cognitum: q si colorem habens: supra
oculum posueris: non videbit oculus: sed cum fuerit medi-
um: actu perspicuum. Actus autē perspicui lumen est. Exi
stente igitur vacuo medio spacio: nullus percipietur color.
Perperam itaq; opinatus est Democritus: res singulas
tunc expedientius/ acutiusq; videri. ¶ Secundo. fit visio
cum sensus afficitur. Ipse autem colore qui videtur: affici
nequit. Afficitur igitur a medio. Ipso igitur existente inani
non fieret visio. quare non modo existente medio vacuo: nō
exactius videretur: sed ne oīno quidem videret. et idē sub
it iudicium: de sono/et odore sapore et tangibili. Ea siqui-
dem supra auditus/odoratus/gustus/et tactus sedes loca-
ta: sensum non efficiunt. sed medio (vt sentiātur) hec omnia
egent. In sono enim: medium est aer. in colore: perspicuum.
in odore: innominatum est: et est aer et aqua aliqua cōmuni
passiōe affecta. Aquatiles em aīantes sensū odor obtinēt: et
cetera q i tra degūt respirātia: q sine respiratiōe olfacere ne-

queūt .quid in saporibus/quid in tangibilib⁹ sit mediū:ꝛ eorum que modo tetigim⁹ causas:posteri⁹ adiiciemus. ℭ Nona. Sunt nōnulla quoꝝ coloꝛ ꝛ in lumīe ꝛ in tenebꝛis se ꝓdit. ℭ Nā flamme mouēt:actu perspicuū:alioꝝ coloꝝ naturaꝫ imitādo.quare interdiu se ꝓdunt:ꝛ mediū ipm afficiūt: reddūtqꝫ actu perspicuū.quare noctu iterū se manifestant. Ex his itaqꝫ notū est:quod intendit.et visibiliū has eē differentias:hec solo lumīe/hec solis tenebꝛis/hec vero vtroꝛūqꝫ naturā imitata:et lumīe ꝛ tenebꝛis depꝛehendi. 60

Quarti cap.note.

ℭ Gurgulio:guttur/spiritalis fistula/ac arteria vocalis.

Quartū cap.ꝯtinet vnā diuisionem. ii.ꝯclusiones. vnū coꝛrelariū ad pꝛimā.ꝛ.ad.7.vnā questionē:Rñsionem:et sonoꝝ dr̃as post nonā.vocis diffinitionem post vndecimā. ℭ Diuisio.duplex est sonus. Vn⁹ actu/alter vero potentia. nam sunt que plaga illata actu sonū edunt: vt es ꝛ quecūqꝫ plana ꝛ leuia coꝛpoꝛa.et hic sonus actu dꝛ. Sunt vero que actu pulsa nō sunt:pulsa tamen sonare possunt.vt nomīata et eoꝝ sonus potētia nomīatur.sunt deinceps que neqꝫ actu:neqꝫ potentia sonū habent.vt spongia/ lana/pili. ℭ Pꝛima ꝯclusio . Sonus actu (si ꝑcipi debeat) fit inter coꝛpus sonās ꝛ auditū ℭ Nam fit actu sonus:alicuius:ad aliqd attactu(percussio eñ edit sonū)ꝛ ī aliquo semper.exauditqꝫ cū de re q̄ sonat ad aurē delatus: mediū opplet spaciū . ℭ Coꝛrelariū. Quo fit vt vno solo exñte coꝛpoꝛe:nō eliciatur sonus . ℭ Nam aliud est verberās:ꝛ aliđ verberatum atqꝫ ꝑcussum. Fit eñ sonus alicui⁹ad aliquid: et in aliquo. ℭ Scđa. Sonus non fit sine motu. ℭ Nam ꝑcussio non fit sine motu.sonus aūt non fit sine ictu ꝛ ꝑcussione. Non fit igr̃ sonus sine motu. ℭ Tertia.nō ex quoꝛūcūqꝫ coꝛpoꝝ ꝑcussione:elidit sonus. ℭ Nā vt diximus:lana et pili collisa nō perstrepūt/efficiūtue sonū:sed coꝛpoꝛa dura/leuia ꝛ cōcaua. Leuia quiđ ꝙ integre magis feriātur:incolumioꝛqꝫ aer/minusqꝫ fractus perducit ad auditū.concaua vero:ꝙ refractione cōplures post pꝛimū cōgemināt ict⁹: cū aer motus ac agitatus :libere exilire nō possit. ℭ Quarta. Sonus ꝛ in aere ꝛ in aqua editur:sed ī aqua subobscuri⁹ ℭ Et in aere/ꝛ in aq̄ edi notū est. Sunt eñ hec media inter sonans et auditū. Et ꝙ subobscurioꝛ in aqua hoc ideo ē:q̄a

(Right-margin numbers beside the lines: 61 at "post vndecimā"; 62 at "lana/pili. ℭ Pꝛima ꝯclusio"; 63 at "plet spaciū . ℭ Coꝛrelariū"; 64 at "et in aliquo. ℭ Scđa"; 65 at "sione. Non fit igr̃"; 66 at "cū aer motus".)

97 sopitur/hebescitqȝ in ea. ¶ Quinta. Etsi aer sonorior sit aq̄: nõ sufficit tñ ad soni editionẽ ¶ Nã(vt dictũ est) requirunt solida corpora: ⁊ vt ad aerem ictus fiat ꝓusq̃ʒ diffundatur. Quapropt aer aliquo vt virga:cito ⁊ vehemẽter ꝑcussus so nat:tũc duoꝶ ⁊ ꝑcussi ⁊ medii fungens officio.tunc em̃ pla ga motioqȝ ꝑcutientis velocitate:diffusionẽ anticipat aer{. queadmoḋ si quis harene cumulũ cadentẽ velociter cedat: eiusḋqȝ casum velocitate ꝑueniat.
68 ¶ Sexta. Cũ fiat sonus semꝑ redditur Echo:etsi nõ semꝑ audiatur. ¶ Echo est so ni reflectio:aere ob vas aut locum ip̄m circundantẽ(vt pi la repulsa)resiliente. Et ꝙ semꝑ reddat̃ patet. Nam ita fit in sono sicut in lumie. Atqui lumẽ semꝑ repercutit̃: alioq̄n nõ vbiqȝ vt in vmbra fieret lumẽ:sed extra locũ illũ in quo solis radii ꝑtingũt sũme essent tenebre.hoc aũt falsum. Fit igitur semꝑ et soni reꝑcussio:quare reddit̃ Echo. Et ꝙ nõ semꝑ audiat̃: idẽ vt de lumie ꝓditur indiciũ. Nam nõ ab oĩ bus sic refrangit̃ lumen vt semꝑ appareat:sed interdũ iacit̃ vmbra vbi mĩme lumen ꝑcipitur:sed ad eam terminat̃ sen sibile lumen.Sic Echo nõ semꝑ redditur sensibilis: sed cũ a solidis/concauis ⁊ planis exceptus refrangitur sonus.
69 ¶ Septima.non longe distat a vero:ꝙ antiqui audiendi fa cultatem vacuo attribuerunt. ¶ Nam ad audienḋ: aer ma xime ꝓprius/aptusqȝ videtur.facitqȝ audire percusso leui: cum vnus ⁊ cõtinuus fuerit ad auditum vsqȝ agitatu pla tus.Aer autẽ eoꝶ opinione inane erat ⁊ vacuum. Non igit̃
70 longe distabant a vero. ¶ Primum correlariũ. Nimirum igitur auditui cõnaturalis/ congenitusqȝ aer inest. Sic em̃ exteriore aere moto: internus aer excitus meliorẽ ꝑstat au
71 diendi facultatem. ¶ Scdm̃ fit etiam iure vt non omni ex parte animal audire debeat.Nam non vbiqȝ transit aer: ne qȝ talem natiuũ ⁊ congeneũ habet aerem: ad quem agitat᷑ exterior ꝑferatur. Sicut neqȝ vbiqȝ animal humidũ habet
72 pupille. ¶ Octaua.Aer insonus est. ¶ Quia facile dissipa tur/disiicitur/et omni corpori vltro cedit.Si tamen arctior fiat illisio/diffundiqȝ ꝓhibeatur:elicitur(vt dictum est)son᷑
73 ¶ Nona. Internus aer auribus insitus: imobilis est. Hoc em̃ ideo est ꝙ omnes motuũ differentias exacte percipiat. Non tamen omnino imobilis est: sed placide tranquilleqȝ agitatus:citra turbam aliquam/aurisqȝ obstrepitum.Hinc

membrana contectus et conuolutus est: ꝛ auris iter inflexu osum atqꝫ anfractuosum factum est: ne ledatur/ ne turbetur a suaue tranquillitate dimoueatur. Et in aqua audim⁹: cum viarum anfractus difficultate defenditur: ne aurem subeat. Cum vero subit: organum indisponit et non amplius audimus. Et cum membrana (qua contegitur congenitus aer) leditur: auditio impeditur: perinde atqꝫ lesa cuticula pupillam obuoluente: prepeditur visio. Et argumentum incolumis auditus est: si auri aliquo (vt manu) cōtra admoto: insonitus ꝛ tinnitus quidam aeris (vt cornu sonantis) obaudiatur. Ille tamen sonus non est insito aeri proprius: sꝫ alienus. Hinc antiqui nos inani et vacuo audire (ꝙ illo aere interno determinatoqꝫ egeamus) iterum trahere potuerunt opinionem. ¶ Questio. An verberans/ an verberatum sonet: an vtrunqꝫ sed alio modo? ¶ Responsio. Sonus ei⁹ est quod illo motu agitatur ꝛ resilit: cum corpora leuia feriuntur. Debet enim quod verberatur planum esse ꝛ equale: vt inde vniuersus aer totus concussus resiliat. Nam non omne verberans et verberatum (vt dictum est) reddunt sonum. vt si acum acu colliseris: sonum non elicies. ¶ Differentie sonoꝝ actu. He sunt acutum/ ꝛ graue. Sicut eñ colores non sine lumine percipiunt: ita neqꝫ he sonorum differētie sine sono actu. que a tangibilibus ad sonos transferunt. Nam sicut tangibile acutum: cito tactum pungit et penetrat: ita sonus acutus: celeriter auditum mouet quasi pungens. Et vt obtusum tangibile: tarde tactum vt trudens obtūdit: ita grauis sonus auditum. Non tamen graue et acutum idem sunt quod tardum ꝛ velox: sed tarditate ꝛ celeritate pariuntur. Et obtusum: lentum efficere videtur motū. acutum vero et gracile: concitatiorem. Sed de sono hactenus. Nunc de voce aggrediendum est. ¶ Decima conclusio. Vox solius est animantis: etsi non omniū. ¶ Nam nulla inanima vocem fundunt. etsi vocis nomen nōnullis attribuatur instrumentis: vt tibie/ lyreqꝫ: hoc ꝓprie non est sed similitudine quadam ad id quod proprie vox est: ꝙ imitentur eiusmodi soni: vocis humane sonoritatem et allocutionem. Et sunt pleraqꝫ animalia (vt exanguia ꝛ sanguine predita vt pisces) que vocem non eliciunt. Et id sane non sine ratione euenit. Nam sonus motus aeris est. exanguibus

autem nulla est pellendi aeris facultas. et pisces aerē non attrahunt: vtpote qui in aquis degunt. Et pisces quos amnis Achelous nutrit sonitū attritu branciarū edunt ¶ Undecima. Vox sonus est aīalis :sed neq̄ oīs/ neq̄ ab omni corporis parte. ¶ Nā manus collise strepitū edunt:qui non est vox.sed ad gignendā vocē hec requirūtur:ꝑcutiens/ ꝑcussū et in quo.hoc enī aer est non oīs:sed is spiritus quē vicario ordine:anhelitu accipim⁹ et reddimus. Et quemadmodū lingue:duplex est officiū: Primū est gustandi:ad vite necessitatem.quapropter in omnibus hoc obtinet officiū. Secundū est vt loquele sit vsui: ita spiritus quem anhelitu ducim⁹ et alternatim emittimus:duplex est vsus. Primus est ad internum temperandū calorem:necessarius quidem:cuius causa ex alio requiritur loco. Secund⁹ est ad effingendā vocem:boni quidem gratia:et non ad vite necessitatem Mentis enim interꝑtatio nimirū boni gratia adhibita est:⁊ ei cōmoda/ aptaq̄ tradita sunt instrumenta:fauces et pulmones. Non sine ratione igitur ea sola aīalia vocem eliciunt: que respirāt et aerem attrahunt. Et hec ea ex parte ceteris sunt calidiora:vt que aere egeant attracto:ad precordioꝝ calorem temperandum:et quoquo pacto refrigerandū. ¶ Diffinitio. Ex his:vocis diffinitionem elicere facile est. Vox est sonus aeris ab anima respirati:percussi ad vocalem arteriam cum alicuius significationis imaginatione. Non enim satis esset respirati aeris percussi:emissio.vt tussis: s; ad gurgulionē ꝑcussio fiat oportet. et cū quadam intentiōe affectioneue significandi. Et q̄ necessaria sit ad gurgulionē et sonantē arteriam:aeris ꝑcussio:hinc sumitur indicium: q̄ non cōtingit expirantem et respirantem:vocem vnq̄ emittere.sed aerem continere oportet: et ita internum concutere. Hinc item fit cognitum:cur pisces sint sine voce.nam gurgulionem nō habent.et hoc:quia non respirant. et qui eos respirare arbitrātur:peccant. Sed cur nō respirent:alio differendum est loco

Quinti cap.note.

¶ Sensorium organum. ¶ Olfactus/odorandi sensus/odoratus. ¶ Suffitu/fumo/suffumigio. ¶ Bitumē ex mari mortuo lacu Syrie trahitur:quod et asphaltus dicitur.

Qintū cap. continet q̄tuor cōclusiones. q̄tuor rōes ad p̄mā. duas ad scd̄a; cū correlario p̄me. tres modos inodorabilis post tertiā. vnā questionē: eius responsionē: tres rōnes q̄ nō respirātia odorant: et vnū correlariū post quartā ¶ Prima cōclusio. De odore et odorabili 79
nō vsq; adeo (vt de dictis) facilis et p̄mpta determīatio ē. ¶ Primo quia non est ita facile dep̄hendere quid sit odor: sicut quid color/quid lumē/quid p̄spicuū/ quid sonus. Hoc enī ideo euenit: q̄ olfactū perdebile; hēmus. Odorat enim praue homo. et multis aīalibus. vt canibus vulturiis: hoc sēsu inferior est. ¶ Scd̄o: q̄ nos non sine delectatione aut fastidio: odorū drās p̄cipim⁹. hoc autē in visu et auditu nō accidit. Et ideo hic sensus: homini datus eē videt̄ ad mēsurā: nō vt odores quales in se sint p̄cipiam⁹: sed q̄les ad nos p̄ueniūt. Itaq; difficilior ip̄o℞ dep̄hensio est. ¶ Tertio. quia odo℞ sensoriū: min⁹ cognitū/ exploratūq; hēm⁹. ¶ Quarto. Ita hoīes odores ipsos cōp̄hendere vident̄: quib⁹ odorandi sensoriū obtectū est: vt aīalia: duros oculos habentia apprehendunt colores. Atqui ꝯsentaneū videtur huiusmōi duro℞ oculo℞ aīalia: nō omnes sentire colores: sed eos q̄ ipsis terrorem/tristitiāq; ingerant/ quiue voluptate afficiāt. quare neq; homīes: quoscūq; diiudicabūt odores ¶ Scd̄a. etsi 80
odoris difficilis sit nature dep̄hensio: ex sapo℞ tamen similitudine nobis ad hoc patebit aditus. ¶ Primo. quia certū gustum habemus: q̄ gustus quidā sit tactus. homo aūt certissimū habeat tactum. Et cū homo a ceteris in reliquis su 81
peretur sensibus: in hoc vno euincit/superatq; oīa. ¶ Correlariū. Hinc fit vt homo: aīalium prudentissimū cognoscatur. Attactu em̄ mentis aptitudo aut ineptitudo deprehenditur. Duros em̄ carne: mentis hebetes ⁊ ineptos: molles vero: bene aptos esse dicimus ¶ Scd̄o. quia ex sapo℞ nominibus: odoribus nomīa indimus. vt em̄ sapo℞ hunc dulcē nominamus/hunc amarū/pinguem/acrem/acutū: ita quoq; sapo℞ (tracta similitudine) hunc dulcem atq; hunc dicimus amarum/pinguem/acrem/acutum. Et quandoq; in odore et gustu: similes conueniunt denominationes. vt in melle et croco. mellis enim odor dulcis et dulcis mellis sapor aliquando vero discrepant. ¶ Tertia. Olfactus: odorabi- 82
lis est et inodorabilis. ¶ Nā vt de visu/auditu/et reliquis

sensibus:ita z de odoratu.visus aũt: est visibilis et inuisibilis. Auditus:audibilis z inaudibilis. Eiusdẽ eñ sensus:est cognoscere sui sensibilis pñtiam z eius absentiam.p̃sentiaz quidem per se:absentiam per accidẽs.est igr̃ olfactus: odorabilis z inodorabilis.
83 ¶ Tres modi inodorabilis. Inodorabile multis modis dicit̃. Primo qđ oĩno odorem non habet/odorariq3 natum nõ est.vt color. Scđo quod debilẽ et vix sensibilem habet odorem. Tertio.qđ prauũ/tetrũq3 habet odorem.
84 ¶ Quarta. aer z aqua olfaciendi sunt media. ¶ In aere de nobis constat. In aqua vero z sanguĩe p̃dita et non predita illud monstrant. quia emin⁹ alimenti odorẽ
85 pcipientia:pperãt ad illud sumendũ adnatare. ¶ Questio. An omĩa que sunt odoꝝ capacia cõsimili modo odorent? ¶ Rñsio.non oĩm cõsimilis est odorandi modus. Nam aĩalia respirantia spm trahendo odorant. Cuius hec sunt indicia. Si spũm detinet homo aut expirat: neq3 eminus neq3 cominus(etiam si rem olentem in ipsius nares fundas) sentit. Si eñ in odorandi sede atq3 sensorio:id ppalam est. Nã oĩm sensuũ cõmune est:sensibili sensorio suprapposito: non sentire. Insecta aũt aĩalia z que sanguine carent vt apes: hoc pacto(cum nõ respirent)odorare non possunt. Odorãt tamẽ. ¶ Primo.quia conueniũt longe ad odoriferoꝝ pastũ Habent igitur aliũm p̃ter.5.(qui assignati sunt)sensum:aut olfactu odores discernũt .non aũt habent aliũ: habent igit̃ olfactum. Sensus eñ tam bene q̃3 male olentis: nimiꝝ olfactus existit. ¶ Scđo.grauium odoꝝ suffitu (vt bitumis et sulfuris fumo)corrumpunt̃:sicut z homo. Odorant igit̃ nõ respirãtia z alio q̃3 spũs attractione modo. ¶ Tertio. quia vt animalium oculi diuersi sunt:hoꝝ eñ sunt molles. z hec palpebras pro oculi munimẽto habent:quib⁹ nõ apertis/deuelatisq3 non contingit aĩal videre. Hoꝝ vero duri sũt oculi:que hoc genere folliculoꝝ/ coopculoꝝ q3 carẽt. Et semper colores aptos z occurrẽtes habent. Ita hũc ĩ modum diuersi sunt odoratus Nã in respirãtibus adoptus z reconditus est. quẽ cum spũm ducimus:apimus ampliatis viaꝝ meatibus. Non respirantiũ ẞo aptus:z psimilis duris aĩaliũ oculis. Itaq3 semp hñt occurrẽtes z in apto odores.nõ aũt respirãtia:nisi spũm ducendo sensoriũ reuelent ac ape-
98 riant. ¶ Correlariũ. Hinc fit vt respirãtia: in aqua nõ odo

rent. Nam in aqua respirare nequeunt. Et ē odor sicci: sicut sapor humidi. Hinc res cū adolent/incenduntur/calescunt: suauius fragrant. Et cū res nō odoratur: talis est odorandi sensus potētia: qualis ipsa sit actu. Cū autē odoratur actu: et talis sensus est actu. Et de odore et odorabili hactenus.

Sexti cap. note.

¶ Poculentū: quicquid in vsu potandi est preparatum.

Sextū cap. continet q̄ttuor ꝯclusiones. duas rōnes. ⁊ duo correlaria ad primā. Unū correlariū ad secū dā. Et species sapoꝝ ad quartā. ¶ Prima ꝯclusio. 87
Gustabile quiddā tangibile ē ¶ Primo q2 quod non extrin seco medio / sed solū sentitur intraneo: tangibile est. Gustabile autē non extraneo: sed solo sentitur intraneo. Est igitur q̄ddam tangibile ¶ Scdo. quia illud in quo vt in materia cō sistit sapor et sine quo sentiri non pōt: est humor. Humor au tem solius tactus est. Est igit̃ gustabile quiddam tangibile.
¶ Primū correlariū. Quo fit vt existentes in aqua saporē: 88
vt dulce dep̄hendam⁹: non quia aqua gustandi sit medium: sed ꝙ sapor huōri ꝑmixtus sit. queādmodū in liquore quem bibim⁹. Neq3 simile est vt de colore/sono ⁊ odore. Nō enim ideo ꝑ aerem aut aquā ꝑcipiūtur: quia imisceātur: sed quia hec sunt media ipsis (vt ad organa deferant̃) apta. Sine enī aliquo a sensu abiūcto: visus/ auditus/odoratus: sensationē explere neq̄unt. quod facit gustus. ¶ Scd3. fit etiam vt quic 89
quid gustandi sensum afficit: humidū sit: aut actu/aut potē tia. Nā absq3 huōre (vt dictū est) nichil afficit saporis sensū. Et sunt quedā humida potētia que statim ad actum sint re ducta: vt sal cū primū admotus fuerit lingue: statim liquescit linguāq3 humectat ¶ Scda. Gustus gustabilis est et in- 90
gustabilis. ¶ Nā id ita fit in ceteris sensibus. vt visus visibi lis est vt coloris: et inuisibilis vt tenebraꝝ: quas reputat inuisibiles. et auditus audibilis: vt soni. et inaudibilis vt silētii. et odoratus odorabilis vt odoris: et inodorabilis vt odore priuati. Et sicut inuisibile tribus modis dicitur. qđ non ē aptum videri. vt sonus. quod debiliter videtur. quod praue vt quod excellentia visū offendat/aut corrūpat. et inaudibile trib⁹. quod audiri neq̄t vt color. qđ debiliter. qđ praue. Et inodorabile tribus: qui dicti sunt. Ita ingustabile tribus đr quod gustari nequit. qđ debilem obtinet sapore3. ⁊ qđ tetrū

prauũq3.vt eni moderatũ nature amicum est et gustum sal=
91 uat:ita prauũ et excellẽs ipsu3 corrũpit. ¶Tertia omne po
culentũ:z tactui et gustui cõe est. ¶Tactui ḋdez:q2 sit actu
92 humidũ:gustui vero:q sapore preditũ. ¶Quarta.gustandi
natura institutũ sensoriũ:neq3 actu debet esse humidũ:neq3
talevt humido dilui/diffundiq3 nequeat. ¶Nam debet esse
potentia tale:quale gustabile actu est. Sine huõre autẽ non
93 sentitur gustabile. ¶Correlariũ.hinc fit vt cũ lingua nimi=
um arescat/nimiũue humeat (qđ in egrotantibus psepe acci
dit)gustare nequeat. Egrotãtibus enĩ sepe oĩa accidit ama
94 ra videri:q lingua amaro sit huõre infecta. ¶Spẽs saporũ
sunt Dulce/Amarũ:ɔtrarie.cõsequens dulce: Pinguis.ɔse
quens Amaꝝ:Salsus.medie sunt Acre/Austerum/Suaue/
Acutũ/Acerbũ/Acidũ.vt spẽs colorũ digeste. Et gustandi
sensoriũ(vt iã dictũ est)tale ẽ potẽia.quale gustabile actu/fa
ciens autẽ ipm tale:gustabile Et de gustu z gustabili hacte⁹

Septimi cap.note

¶Plures sensus dicuntur a pluribus z diuersis organoꝝ
ɔtemperamentis. Reqrit enĩ ḋlibet vnã moderatã/ modifi=
catãq3 sentiendi mediocritatẽ.

Eptimum cap.cõtinet duas q̃stiones. post q̃s tres
ɔclusiões.Duo correlaria ad scđa3. Unã questio=
nẽ:eiusresponsionẽ:tactus ad alios sensus cõpati=
95 onẽ:z vnũ correlariũ post tertiã. ¶Priã q̃stio.An vnus an
96 plures sint sensus tact⁹? ¶Scđa quid sensoriũ tactus? An
caro in carnẽ habentibus: z ĩ ceteris qđ carni respondet/e=
97 muluq3 ẽ? An aliud ḋcq̃ intermediũ interius latẽs? ¶Pri
ma ɔclusio. Plures sunt sensus tactus. ¶Nam oĩs sensus
vn⁹:vnius ẽ ɔrietatis.vt visus albi et nigri.auditus/acuti z
grauis.odoratus et gustus dulcis et amari. Tactus ṽo plu
rium vt calidi/frigidi/humidi z sicci/ grauis/leuis / mollis
z duri.Sũt igr̃ plures tangẽdi sensus. Neq3 sufficerevidet
solutio quã adhibent. visus z auditus cõsimilit plures esse
ɔtrarietates.vt invoce nõ solu3 acutũ et graue ɔtraria sũt :
sed magnitudo/puitas/lenitudo z aspitas vocis.Et ita ĩ co
lore.¶Sed vt de tactu simile nõ est. Nam magnitudo/pui=
tas/ lenitas/aspitas translaticie in voce sunt:vox grauis et
acuta. Et hectranslaticie omnibus sensibus applicari pos=
sũt:ɔtinentq3 ĩ visu z auditu sub eod sẽsus obiecto.vt sb so
no/sb colore.Ita aũt đ calido/frigido/hũido z sicco dicere

non possimus ¶ Secūda ꝯclusio. Caro non est sensoriū tactus 98
sed sentiendi mediū. ¶ Nā sensibile sensui suprapositū nūq̄
sentitur. Carni autē suprapositū tangibile sentit̄. Nō est ig̃r
caro tangendi sensoriū. Porro sensibile omne: medio quo-
dā sentitur. carni autē suprapositū tangibile: sentitur. ꝛ nō ē
caro sensoriū. est igitur sentiēdi mediū. Et nichil est id quo
moliūt̄ efficere carnē eē sensoriū tact⁹: q̄ carne ꝯtacta ilico
ꝑsentiat̄. Ita ei fieret: ipa tenui liteolo aut mēbrana ꝯuoluta
Nullus aūt idcirco dubitauerit membranā esse tangēdi sen
sorium. ita neq̄ de carne addubitandū est: sed ī toto corpore
vt tegmen sensorioꝝ tactus potius existimāda est. queq̄dē
sensoria plura sunt (vt plures tactus) q̄uis latentia sensuꝫ.
quemadmodū si cōgenitus aer: vt auris: intelligat̄ natura to
tum nostrū corpus cingens ꝛ circūdans: eadē facilitate pu
tare possemus nos eodem organo: sonos/colores/ꝛ odores
deprehendere: q̄ eoꝝ delitescerent organa. essetq̄ idem cō-
genitus aer: audiendi/vidēdi/odorandi mediū. Ut eñ illic
plures sensus: visus/auditus/gustus: ꝛ plura eoꝝ sensoria:
ita ꝛ hic sub eodem velamīe plures tactus ꝛ tāgendi sedes
et machinamenta. ¶ Primū correlariū. Unde fit vt mediū 99
tangendi: aer aut aqua esse nō debuerit. Nam corpus ani-
matū: solidum et firmū esse debet. Et cum tactus intra cor-
pus latitet: debet igitur esse mixtum ex ipsis que firmū cō-
stans ꝛ defluxibile minus: efficiūt. vt terra ceteris cōmixta:
qualis est caro aut qd carnis vicem obtinet. ¶ Scdm corre 100
lariū. Quo fit iterum vt si q̄s ignea aut aerea statuerit aīa-
lia: difficile sit 5. sensus ꝛ eoꝝ sensoria in ipsis collocare.
¶ Secūda. Argumēto lingue plures ꝓduntur esse tactus. 101
¶ Nā eadem in pte ꝛ intraneo medio: omnia tangibilia et
gustabilia sentit. Est tamen alius sensus tangibilis/ꝛ alius
saporis. Si ig̃r toto corpore sic ꝓmiscue tangibilia ꝛ gusta-
bilia ꝑciperemus: possent gustus ꝛ tactus vnus sensus vi-
deri: vt calidi/frigidi/humidi/ꝛ sicci vnus tactus. modo au
tem quia nō ita gustus ꝛ tactus toto corpore ꝯiuncti sunt:
manifestū est eos esse plures sensus. ita ꝛ tactus plures (ꝛ si
toto corpore coniūcti sint) intelligere oportet. ¶ Questio. 102
An tactio simil̄r vt visio/auditio/ꝛ olfactio fiat: medio sci-
licet et interueniēte extraneo. ¶ Rñsio. Molliū corporum vt
aeris/vt aque (que nullo interbiante medio carnē suis ex-

tremis attingunt)fit bene tactio nullo interueniente extra=
neo medio. Duroꝝ vero corpoꝝ aliquid(cum tangunt)inter
iacet medium. Nam ea aut tangimꝰ in aere/aut in aqua. At
qui videmus nos in aqua sic ea tangere non posse:quī sem=
per medius humoꝛ ꝑcipiatur. ipmq; tangēdo excludere nō
possumus:quī medius interstesq; (extremis nō manētibus
siccis)habeatur. Quod si in aqua ita fuerit:tanto minus sb=
tilioꝛē aerem nobis licebit excludere mediū: et illa in aere
sine medio tangere:tametsi in aere ob ipsius insensibilitatē
magis sensum lateat. ❡ Et q̄uis ita sit vt nos firma ꝛ dura
(interueniēte medio)tangamus: tactus tamen in hoc a visu
auditu ꝛ odoꝛatu differt. ꝙ hi eminus sua sensibilia suo me
dio appꝛehendūt:ille vero cominꝰ:ꝛ pene nichil distante:sic
vt mediū (quēadmod de mēbꝛanula diximus) lateat. Et in
visu/auditu/et odoꝛatu spaciū afficitur:ꝛ spēs defert.tangē
do aūt non id necessariū est:sed intraneū mediū simul cū ex
traneo afficitur.quodquidē(quia afficiatur et nō quia hmōi
exterum medium)tangitur.sed vtrunq; simul affici cōtingit
Quēadmod ꝑcussus clypeus gerulū nō ꝑcutit:sed vtrunq;
105 simul percuti accidit. ❡ Coꝛrelariū. Unde fit vt quēadmo=
dū aer ꝛ aqua sese habent ad visū/auditum et olfactum:ita
caro et lingua ad tangendi sensoꝛium. Et in ceteris videt̄
tactus alios imitari sensus. vt quēadmodum in aliis sensi=
bus:sensibile supꝛapositum nullum parit sensum. vt album
supꝛapositū oculo nullam visionem:ita est ꝛ in tactu. Hinc
sub carne tactus sedem delitere opoꝛtet : quandoquidē res
tangibiles carni supposite:sese pꝛestent ꝑceptibiles. Et res
tangibiles sunt calidum/frigidum/humidum ꝛ siccum: que
pꝛius simpliciū coꝛpoꝛum differentias locauimus. ꝛ senso=
rium tactus tale potentia esse debet:quale sit actu ipsum tā
gibile. Hinc tactus eque calida/ eque algida/eque leuia et
aspera non sentit:sed extrema/ supabundantias atq; defe=
ctus. Est eñ mediocritas quedam. ꝛ medium extremoꝝ iu=
dex est. Et qui omne calidum et omne frigidum ꝑcepturus
sit:calidi ꝛ frigidi actu sit expers opoꝛtet:potentia futurus
et calidum et frigidum. Quēadmodum visus album aut ni
grum percepturus : neq; actu album neq; nigrum existit.
Et sicut visus est visibilis et inuisibilis ꝛ ceteri:suoꝛum op=
positoꝛum:ita tactus tangibilis est ꝛ intangibilis. Et sicut

inuisibilis et aliorum insensibilium tres sunt modi:itidem intangibile tripartitum est.quod tangi nõ potest:vt vox.qđ debiliter tangitur: vt aer .quod praue: vt ignis tactum corrumpens.Sed de tactu ꝛ quolibet in particulari sensu:hoc pacto paucis astrictũ ꝛdiffinitũ sit. Octaui cap.note.

¶Esse/rationes.¶Sedes sentiendi/organum.¶Magnitudo/res magnitudinẽ habens.

Octauum cap.continet quattuor conclusiones.vnũ correlariũ:vnam questionẽ: eius responsionẽ ad secundã.duas rationes: ꝛ vnum correlarium ad tertiam.vnã questionẽ ꝛ eius responsionẽ ad quartã. ¶Prima conclusio.Id sensuũ cõmune est:rerũ formas:sine ma- 104
materia suscipere. ¶Nam sicut sigillum sigilliue effigiem: formabilis cera sine ferro/ere/aut auro recipit:eo pacto patitur sensus:ab eo quod colorem habet/qđ sonum/ quod odorem/quod saporem:et non vt vnũquodq; est: sed vt tale talemq; habens speciem.Et q̃uis hec:idem sint:ipsorũ tamen esse diuersa sunt.q̃uis etiam sensorium magnitudoqđã sit:esse tamen magnitudini non idem.Non eñ sentit vt magnitudo magnitudinẽue hñs:sed vt rõnem/potentiãq; sen-
tiendi.¶Scđa ꝯclusio.Sensibiliũ exupationes ꝛ excellen- 105
tie:sensum corrumpũt. ¶Nam hmõi sensibiliũ fortes motiones:sensoriorꝝ rõnem atq; tempamentũ dissoluũt. Est eñ sensus vt concẽtꝰ quidã.Fidibus eñ vehemẽtius pulsis:canora ꝯfunditur/disperitq; harmonia: temperatũq; oĩe ab
intẽperato dissoluit. ¶Correlariũ. Unde nimirũ cognosci 106
potest:cur plante(etsi quandã anime partem obtineant ꝛ tãgibilibꝰ afficiant/calescant/frigescant/humectent/arescant) nõ sentiant.Nam hmõi(que ad sentiendũ requirit)mediocritatem nõ habent: neq; rex sensibiliũ formas sine maťia ap-
prehendũt:s; eas cũ materia obtinẽt ¶Questio.An aliud a 107
sensu pati possit a sensibili:vt aliud avisu:patiatur a colore/ aliud ab auditu a sono/aliud ab olfactu ab odore:ꝛ ita in ceteris.¶Responsio.A sensibili vt sensibile est queadmodu; a visibili vt visibile/ab auditu vt audibile/ odorabili vt odorabile:nichil aliud a sẽsu patiť.Nõ eñ a colore vtvisibile est quicq̃ nisi visus patiť. Est eñ color vt visibile:put est a visu ꝑceptibile.Itidẽ a sono vt audibile est: solus auditus pa

titur. Qꝫ aūt tonitruo discinduntur ligna et lapides: hoc nō facit sonus: sed spiritus cū sono elisus. Et ita de odore ꝛ sapore. Patiuntur tamē plane ab ipsis: non vt sensibilia sunt: sed vt sūt affectiōes/passionesue quedā. vt aer aliqd passus spirat et olet/odoratuqꝫ capitur. Hinc fit vt videre/audire/olfacere/gustare/ tāgere nō sit his passionibus affici atqꝫ pa

108 ti: sed ipsis aliqd affectū sentire. ℂ Tertia cōclusio. Nullus pter qnqꝫ: visū/auditū/olfactū/gustū/et tactū ali⁹ supeē existimand⁹ est sensus. ℂ Primo quia nos omnes sensus habemus: et nos solos quinqꝫ noīatos habemus. Tametsi enim plures tactus posuerimus: quia tamen oīa tangibilia vt tāgibilia sunt: tactu percipimus: illos vnius sensus noīe censemus. Non est igiť alius a positis qnqꝫ supesse existimād⁹ sēsus. ℂ Scdo. Si aliqs sēsus nobis abessꝫ: ꝛ aliqđ nobis sētiendi organū abeē oporterꝫ. At vero nobis nullū deficere apparet. Nā organi corpus vno aut plurib⁹ elemētꝭ cōstat. Ex humore aūt cōstat pupilla ꝛ vis⁹. ex aere auditus. olfact⁹ vero pmiscuus: nūc ex hoc/nūc ex altero est. nā aqtiliū odoratus ex aqua: ceteroꝝ ex aere. ignis nulli⁹ est: sed oīm cois/oībꝰqꝫ cōtēperat⁹ habeť ꝙ cnihil pditū sēsu calorevacꝫ. Ex terra etiā nullū est organū: ꝙ ieptissima sit ad sētiēdū. maxime tn̄ tactui est imixta. nullum igiť videť nobis deficere sētiēdi

109 organū. ℂ Correlariū. Hic fit vt extra aerē ꝛ aquā nullū sit sētiēdi organū Aqtilibꝰ eñ ad pcipiēdos colores sonos ꝛ odores sufficit aqua ꝛ terrestribꝰ aer. Et vtrūqꝫ vtrisqꝫ cōe ē et idoneū ꝛ nō mō hoīes oībꝰ sēsibꝰ ꝛ oīm sēsuū sedibus pollent: sed ꝛ aīalia perfecta omnia et non aliquo mēbro capta imo ꝛ talpa oculos habere videť sub cute latētes. si igiť pter qtuor elemēta ꝛ q̄ ex his cōcreta sūt: nichil sēsibiliū existat null⁹ profecto sensus/nullaqꝫ sētiēdi sedes deficere videtur

110 ℂ Quarta. Nō existimare opꝫ vllum deficere sensū: cōmunibus sensibilibus deprehendendis aptum: eaqꝫ quolibet positorum sensuum per accidens deprehendi. ℂ Cōmunia sensibilia sūt vnus/numerus/magnitudo/figura/ motus ꝛ qes: q̄ falsū est a quolꝫ positorū sensuū per accidēs deprehendi Nā magnitudo visui spēm suā imprimit: oculūqꝫ movꝫ: qre et figura. Est eñ figura magnitudo quedā. Et vnusquisqꝫ sensuum: vnum et numerum proprii sensibilis cōtinui priuatione dinoscit. et motus vt magnitudo cognoscitur et quies: motus priuatione. Non itaqꝫ deest: quo sensibilia

cõmunia per se cognoscantur. Non necessarius igitur qcũq3 alius ꝓ ipsis dephendendis assignaretur sensus. & haud secus atq3 ab eo dephenduntur. Nõ igitur alius existimãd⁹ est deficere sensus. Unde que ꝑ accñs sentim⁹: forma/speq3 sensum non efficiunt. Fitq3 id duobus modis. Primo quo mõ dicimus nos sentire Cleonis filiũ: non q2 filius sit Cleonis: sed quia albus sit: cui accidit esse Cleonis filius. Secũdo quo modo singuli sensus sensibilia reliquoꝝ sensuuq3 sentire dicerent. Nõ quidẽ ipsoꝝ rõne: sed q2 oẽs in vno cõmuni (de quo futur⁹ est sermo) ꝯueniũt. Exempli cã. aliquis fel flauũ vidit: qđ seorsum gustauit: & inuenit amaꝝ. Ideo viso atq3 inspecto flauo: putat esse amaꝝ. Et huiusmõi iudiciũ non tam visus est: q̃ cõmunis interioris sensus. Nõ enĩ est aut gustus aut visus: talia vnuq3 aut plura esse iudicare: discrimenq3 internoscere. ¶ Questio. Clare dilucet plures sensus q̃ quinq3 esse non posse. Sed queret aliquis cur natura plures ordinauerit sensus: non vno sensu cõtenta: quo omnia sensibilia vt cõia discerneret? ¶ Nos huic questioni hanc adhibemus responsionẽ. Quo sensibiliũ drñe nobis ꝑspectiores/exploratioresq3 habeant. et quo sensibilia ꝓpria magis a cõibus cognoscant differre: sitq3 distinctionũ reꝝ maior certitudo. Si enĩ solus esset visus et hic albi magis nos lateret albedinis et magnitudinis diuersitas (q2 se mutuo seqũtur) q̃ cũ alio quoq3 sensu magnitudinẽ ꝑcipimus quo non ꝑcipimus albedinem. ita si oĩm eẽt vnus sensus: ñ vsq3 adeo explorata eẽt eoꝝ diuersitas. et hec vel sola ratõ sufficere potest. iii

Primi cap. quarti tractatus note

¶ Idem esse: actu sonũ et auditionẽ. de sono intellige citra materiã in auditu susceptio: et non de eo qui foris euagat: ¶ Sensus sensatio. visus visio. audit⁹ auditio ¶ Sẽsus actu nomen actus. vt auditus actu ¶ Sensus potẽtia: nomẽ potẽtie. ¶ Indiuisibile/Indiuisibile numero. Unũ numero. ¶ Ratio/proportio.

Quartus tractatus continet duo cap. Primũ sex cõclusiones. duo correlaria ad scđam. vnũ correlariũ ad qrtã. vnã instantiã: & ei⁹ solutio-

112 nem ad sextā. ¶ Prima cōclusio. Dubitatio existit nec imerito: cum sentimus nos videre/ et audire: an id eodē sensu pcipiamus: an alio? ¶ Nā si alio dixeris: eiusdē obiecti duos sensus facies eū scz qui primo obiectū (vt colorē) ītuet: et eū qui primū sensū colorē ītueri iudicabit. qui vt primus: colorem apphendet. Fieri enī nequit vt sensus aliquis: visū colorē apphendere iudicet: qui parit nō apphendat et colorē. et ita de auditu et ceteris. et si fuerit alius vt posuisti: cur nō erit iterū qui de ipso secundo iudicet? et iterū alius qui de tertio et hoc abeat in īfinitū? aut tandē decumbat in aliquo: qui se ipsū cognoscat. qd si sic: cur primus eadē rōne seipsū nō sentiebat? Sz esto dicas mō: nos nō alio sensu sētire. vt videre et pcipere nos videre. Primo hoc igerz difficultatē q idez sensus sentiet seipsū. Scdo qd a visu percipit color est: aut colore affectū. est enī color eius ppriū obiectuz. si igit pcipit se videre: et eius visionē colorem: aut coloratā esse oportet. Tertio. nō eodē mō semp discernit visus. Nā discernit lumē: spēm suscipiendo. tenebras itidē discernit: sz nichil suscipiēdo. Rōne igit sētit se sentire tenebras cū nichil sentiat? Hec nimirū dubitatōem ingerūt: quid potissimū hac in pte sit sē-

113 tiendū. ¶ Secunda. Quod sentit: vt quod colorē pspicit: aliquo pacto sensibili vt colore delibutū/ affectūqz est. Nam instrumentū omne: quo sensus administrat: sensibiliū formas (vt iā dictū est) sine matia recipit. vt colorē/ vt sonū/ vt odo-

114 rem citra materiā. Est igit qd sentit: quodāmō sensibili delibutū/ atqz affectū. ¶ Primū correlariū. Hinc euenit vt sensibilibus remotis: sensatōes in sensibus aliqdiu pdurare videant. Nā hmoi spēs citra materiā suscepte: aliqdiu absētibus suis obiectis: resides pmanēt. fitqz (his pdurantibus) sēsatio. Nam rei sensibilis actio/ sensatioqz: vna/ eadēqz est: esse aūt non idem. vt idē actu sonus: et auditus actu: nō aūt id dico de auditu pōa (fit em vt qui talē auditū hēat nō audiat.) et neqz de sono potentia. qd em talem sonū hz: nō id circo sonū elicit. cū aūt aliquid sonū elicit: auditusqz fit actu: alterū so-

115 natōem et alterū auditōem dicimus. ¶ Scōm correlariū. fit iterū vt sonus actu et auditio in eo sit qd patit: et qd potētia tale est. Nā motus/ actio et passio ī eo est qd patit ac mouetur Et sonus actu siue sonatio: sonantis est actio. Auditus vo actu siue auditio: eius qd audire pōt passio. Sūt igit sonus actu: et

auditio in eo qđ patiť/ꝛ qđ potentia tale est. Agētis enim et
mouentis opatio: in eo fit qđ moueť. Quo fit vt quod mouꝫ
non oportea t motu moueri. ¶ Tertia. veteres nature inter 116
ptes haud sane asseruerūt: colorē sine visu/et sonū sine audi
tu(et ita in ceteris)esse non posse. ¶ Nā cū sēsus sit duplex:
actu/ꝛ potentia: ita sensibile duplex est: actu/ꝛ potentia. Et
qlꝫ in pticulari sensus: itidē duplex: ꝛ pticulare sensibile du-
plex. vt visus actu/visus potētia. auditus actu/auditꝰ poten
tia. olfactus actu/olfactus potētia. ita de gustu ꝛ tactu. Sen
sibilibus vero aliqbus noīa posita sunt. vt in auditu: sonꝰ et
sonatio. In olfactu: odor ꝛ odoratio. In visu nō hēmꝰ quō a
colore nomē actus deriuemus: nec in gustu nomē gustꝰ a sa-
pore. Nō q̄uis actu sensibile: sine sensu esse non possit: id tñ
de sensibili pōa: vt colore/odore/sapore: ppterā assereret. Nō
itaqꝫ simplr eorū sētentia sensibile sine sensu esse nō posse p
bandū est. ¶ Quarta. Qui sensus: rōnes quasdā: pportiōes 117
harmoniasqꝫ asserūt: haud irrōnabiliť loq videnť. ¶ Nā cū
vocum: sint harmonie ꝛ cōcētꝰ. colorū: picture. odorū pigmē
ta/atqꝫ fragrātie: et sensus vt auditus nūc sit sonus/nūc ve
ro non: alñ fit cōcentus ꝛ ratio: ꝛ ita de visu/odoratu/ꝛ cete-
ris. Et cum ea que moderamē/pportōnēqꝫ excellūt: sēsꝰ cor
rūpant vt exuperans graue ꝛ acutū: auditū nimiū splēdidū
et tenebrosū visuꝫ/vehementꝛ grauiť olens siue dulce siue
amarū: olfactū: non ab re dictū esse videť sensꝰ: rōnes q̄sdā/ 118
proportionesqꝫ esse. ¶ Correlariū. Qua propť sensibilia sin
cera atqꝫ simplicia: vt simplex/acutum/graue/dulce/salsuꝫ:
cum adinuicem miscentur/bonaqꝫ proportōne temperantur
sensui iocundiora atqꝫ delectabiliora sunt. vt auditui delcā-
bilior concentus: q̄ȝ simplex graue aut acutum. Et tactui: ca
lido/frigido/humido/ꝛ sicco contempatum/rationēqꝫ hñs:
amicum est et iocundum. Simplex autem aut calidum aut
frigidum: non. Sensus enim in quadam ratione proportio-
neue consistit: quā exuperantia doloreꝫ afferens corrumpit 119
¶ Quinta. Alterū sensum qui diuersorū sensuū sensibilium
differentias diiudicet: esse opꝫ. ¶ Nam vnusquisqꝫ sensuuꝫ
(de quibus hactenus egimus)est vnius sēsibilis obiecti: cu-
ius differentias in sua sede discernit ac iudicat. vt visus al-
bi ꝛ nigri/auditus: acuti et grauis/olfactus ꝛ gustus: dulcis
et amari. Atqui sensibilia album et dulce: vl quadam senti-

mus differre.non autem visu:nā dulce non apprehēdit.neq3 gustu:quia nō apprehendit album. est igr̄ alter sensus illoꝝ discernicl'm et differentiā apprehendēs: vt sensibilia sensu (quēadmod rōnabile est)iternosci/discerniq3 dicant. Estq3 is sensus interior/occultiorq3 ꝙ̄ tangēdi sedes.Male itaq3 putaretur vltimā carnem esse tangendi sedē:que tangendo
120 discerneret. ¶Sexta.sicut vnus sensus est:qui iudicat albū differre a nigro:ita ꝛ vnū sensum(qui hm̄ōi dr̄as discernit) esse oportet ¶Nā si diuerse sint vires:quaꝝ altera hoc apprehendat/altera ꝟo illud:nullū discrimen iter sensibilia cōstituere poterūt.nō secus acsi tu clam me aliquid pceperis: ego vero clam te alterum pceperim: non fieri potest vt ab vtroq3 nostrum neq3 simul/ neq3 seorsum: que apprehensa sunt cognoscātur diuersa:ac euariantia.sed vnū/ eundq3:q̄ vtrūq3 cognoscat esse oportet. Neq3 igr̄ sensibilia a diuersis sensibus apprehensa. sed ea discernēs ꝛ iudicans esse diuersa:vnū esse oportet.Sicut igit vnꝰ sensus iudicat albū a nigro differre:ita ꝛ qui iudicat albū differre a dulci:vnꝰ erit Et nō modo sensus ille vnus est:sed ꝛ simul tēpore diuersorum affert iudiciū:et duo vt pulchrū ꝛ amarū/malū ꝛ bonū iudicat:nūc esse diuersa.et non per accidēs quia nūc dicat: esse diuersa:sed dicit:esse nūc diuersa.Quo fit vt vnꝰ inseparabilis/ꝛ tpe inseparabili:diuersa discernat.¶S3 instabis.ipossibile ē idē/ꝛ idiuisibile/ꝛ tpe idiuisibili:motibꝰ agitari contrariis:dulce autem ꝛ amarū sensum mouent motibus contrariis.pariter ꝛ albū ꝛ nigrū.Non igr̄ simul illa iudicat. ¶Dicimꝰ sensū vnū esse ꝛ numero imptibilē: ꝛ tēpus ī quo sentit:ipsum tamen rōne esse diuersum. ꝛ sic vnomō vt numero indiuisibilis est:altero vero modo vt rōne diuisibilis. Sed hoc nō satis est. Nam idē numero (etsi rōne multa sit/ varieq3 diuisibilis) simul album pariter ꝛ nigrum esse non potest.¶Proinde ipsum numero inseparabilē/indiuisibilē et vnum esse dicimus/similēq3 circuli centro:ad quod vndiquaq3 ex circūferentia:linee dirigunt. Ita quoq3 is sensus (quē cōe3 ꝛ alioꝝ pncipē noīare possumꝰ)alioꝝ sēsuū vt cētrū ē.ꝛ vndiq3 ex vnoq3 sēsu:sensibiles ad ip3 dirigūt linee. q̄ vnꝰ ꝛ id manēs apphēdit/diiudicat/ꝛ discernit. Quo eī diuisibil':diuersas apphēdēs lineas:vt varia ꝛ diuersa apphēdit.quo ꝟo vnꝰ ꝛ nūero idiuisibilis:eas plane vt vnꝰ apphendit/et apphensa distinguit.

Semp vera potētia dicit que semp sue opationis rei respondentiā habet. Falsa cum rei correspondentia deest. Sensus/sensus exterior. Phos photos/lumē. Inde deducitur phantasia.

Cōm cap. ptinet vnā questionē. Antiquorum responsionē. tres pclusiones. tres rōnes ad primā ptē prime et duas rōnes ad scdam. quiqz ad primā ptē tertie. et duas rōnes: vnū correlariū: Phantasie diffinitionez: declarationē: duo correlaria: differentiā sensus et phantasie: Et que aīalia natura Phantasia regant post quartam partē eiusdē. Questio. Cū aīa motu scdm locum/sensu/discretione et intellectu/maxime discernat: an intellect⁹ a sensu discrimē patiatur? Et plane antiquorum snia est: ipa nō distare. et itelligere/sapere et sentire idem eē. Canit enim Empedocles. 121

Sic homini vt reliquis augescit adusqz voluntas.
Hinc homini semper mens et sapientia crescit.
Et Homerus
Talem aīm plane mortalibus esse necesse est:
Qualem quotidie: primo deus efficit ortu.

Et hi intelligere et sapere pinde atqz sentire: credūt eē corpor. et simile (vt supius dictū ē) suū pnoscere simile. Prima cōclusio. Non idē est sensus et intellect⁹. neqz cognitionis sufficientē cām adhibuerūt. Nam cū aīal plus sit in errore qz scia: dicere debuerūt vnde error et deceptio cognoscendarum rerum nascatur. Et siue negauerint esse deceptionem vllā: dixeritqz que apparent oia: vera esse. siue deceptionē fateant ex dissimiliū cōtactu: absonū vtrūqz videbitur. Nam qui vnū ptrariorum cognoscit: cognoscet et alterū. Et q circa vnū errat: errabit et circa alterū. Contrariorum eni scia eadē/idemqz error habetur. Et qz alterum sit sensus et intellectus: statim cognitū est. Primo. quia oibus aīalibus adest sensus: intellect⁹ vero perqzpaucis. Scdo. intelligēdo recte pcipimus et non recte. et eiusmodi recta pceptio: prudentia/scia et opinatio vera dr. nō recta vero contrariis nominibus. At pprium est sensus: vt semp sit verus et oibus assistens aīalibus. rōcinatio aūt plerūqz falsa est. Tertio cuicūqz intellectus adest: eidē adest et rōcinandi virtus. et 122

cui illa nō adest:neq3 eidē3 intellect⁹ aderit. Atqui cōplura sūt aīalia:quib⁹ rōcinandi virt⁹ abest.aberit igit̄ ꝛ intellect⁹. Non itaq3 idē3 erit sensus et intellect⁹:sentire et itelligere

123 ¶ Scđa ꝯclusio. Imaginatio(quā et phantasiā nūcupam⁹) ab extimatione altera est. ¶ Prio.qꝛ imaginatio ī nr̄a potestate sita est.vt cū volumus que lubet effingam⁹: queādmodū facere solent qui pro saluanda memoria:imagies/simulacraq3 q̄lia volūt/et q̄n volūt:sibi p̄ntia fingūt. Extimare vero mīme in nostra sitū est ptāte cū volum⁹. sed cum id aut verū aut falsū esse:dep̄hendim⁹. ¶ Scđo. cū extimam⁹ malū aliqđ aut terribile nobis futuꝝ:ꝯturbamur. Et si ediuerso bonū aliquod aut p̄sidium:cōtrario motu mouemur/atq3 cōfidimus. Sed cū talia imaginamur/fingimusq3 presentia:nō hūc ī mođ turbamur/passionibusue afficimur:ꝑinde vt neq3 nobis talia rep̄ntāte pictura moueremur. Non ē igr̄ Phantasia extimatio:cui⁹ prudentia/scia/opinio vera:ꝛ eoꝝ ꝯtraria species sint et dr̄e:de quib⁹ exacte disserendi alius requirit̄ loc⁹.

124 ¶ Tertia ꝯclusio. Imaginatio: neq3 sensus/scia/intellect⁹ neq3 opinio est. ¶ Nā imaginationē qua Phantasmata/simulacraq3 reꝝ sola in nobis efformamus et nō alia quacūq3 nomīs trāslatione:sumim⁹. que ꝙ nō sit sensus ostendit̄. Quia sensus aut potentia aut opatio est.vt visus ꝛ visio. At imaginatio neutrū hoꝝ est. Sensus em̄ potētia nō est:qꝛ is semꝑ adest.nō aūt imaginatio. Neq3 quiđ sensus actu ꝛ opatio. ¶ Primo quia in quiete ꝛ somno imaginatio adest.nō aūt sensus opatio. ¶ Scđo oībus aīalibus opatio sensus ꝯuenit.nō aūt imaginatio.vt api/formice/vl' vermi. ¶ Tertio opationes sensuū semꝑ vere sunt. Imaginatiōes ꝟo plurimū false. ¶ Quarto. Cū exacte circa p̄sentia sensibilia intendim⁹:atq3 ea ꝑfectissime sentim⁹: nō dicimus nos imaginari. sed ipsis aut absentib⁹ aut eminus ꝛ dubie appentibus.non est igitur sensus. ¶ Quinto.qꝛ clausis oculis:iam visa imaginamur:que tn̄ neq3 videmus neq3 alio quoq3 sensu sentimus. Non est igr̄ imaginatio:sensus. Et ꝙ nō sit scia aut intellect⁹ sic cognoscit̄. Scia nāq3 et intellectus:soloꝝ sunt veroꝝ. Atqui imaginatio ꝛ Phantasia vt plurimū falsoꝝ est. Neq3 quidē erit opinio: ¶ Primo.qꝛ opinionē sequit̄ assensus ꝛ fides: nō autē3 imaginationem. ¶ Scđo.opinio ꝑsuasioni ānectit̄:ꝑsuasio aūt rōni. Est em̄

pinio q̄dā cū rōne assentio. Non aūt de imaginatiōe ita ē. Feris ei quibusdā imaginatio iest: quib⁹ nulla p̄sto adest rō.
¶ Correlariū. Vn̄ fit vt imaginatio nō sit semp̄ sensui con iūcta/ sempq̄ue cōiuncta opinioni: aut vtriusq̄z: sensus/ ꝛ opinionis cōnexio. Nā illa sensus ꝛ opinioīs cōnexio eiusđ essz obiecti. Fieri em̄ nequiret vt eēt diuersoꝝ. vt opinio boni ꝛ sensus albi. Sz ꝑfecto hec cōplexio accidit. Nam eiusđ rei plerūq̄z accidit opinionē sensui discrepare ꝛ verā eē: sensus iudicio exn̄te falso. vt videt̄ sol pedaneus: ꝛ opinat̄ sol maior terra: ꝛ vere quiđ. q̄ igr̄ ex hac opione vera ꝛ sensu f̄l'o cōnexio erit? Si fieri debeat: aut re salua q̄sq̄ verā sui reiiciet opinionē: aut opinioni noue assentiet sensus: q̄ si prima manet: eiusđ nō mō erit vera ꝛ f̄l'a opinio: sz eađ vera ꝛ f̄l'a. 19
¶ Phantasie ꝛ imaginatioīs diffinitio. Cū imaginatio nichil eoꝝ (que dicta sunt) eē possit: talis ei aptari poterit diffinitio. Imaginatio mot⁹ est a sensu actu: in cōi sentiēdi ptāte fctūs. Cū em̄ sensus mouet̄ a sensibili: sensus mot⁹ mouet interiorē potestatē simili quo mouet̄ motu: atq̄z simile vestigium ex apta iterioris potētie dispōne imp̄ssum: relinq̄t. ꝛ talem interioris potētie motū Phantasiā nūcupam⁹. ¶ Primū correlariū. Hinc ꝑspectū est Phantasiā sine sensu fieri nō posse: sed eā sensum h̄ntibus ꝛ sentientib⁹ accidere ¶ Secundū fit etiam vt Phantasiaꝝ vera sit aliqua ꝛ aliq̄ f̄l'a. Nam pēdet ex sensu: qui ꝓpriorū obiectorum semp̄ verus ē aut vt paucissimū falsus. Et qui circa ꝓpriis sensibilib⁹ accidētia: vt nūeꝝ/ magnitudiem ꝛ coīa sensibilia: plerūq̄z fallitur atq̄z errat. Sensus em̄ iudicādo eē albū nō mentit̄: sed iudicādo hoc vel illud eē albū/ vnū vel plura/ magnū vel ꝑuum/ longe vel ꝓpe: etiā crebro decipit̄. q̄re ꝛ aliq̄ Phantasia vera erit ꝛ aliqua f̄l'a. Et accidit eā in trib⁹ eē f̄l'am. Primo iudicādo ꝓp̄a: vt albū ī absentia ꝛ lōge a tp̄e sensus. Secūdo iudicādo hoc vel illud esse albū. Tertio iudicando de cōibus ꝓpria sensibilia cōsequētibus. ¶ Et in his trib⁹ differt a sensu. Nā sensus illoꝝ solū p̄sentiū: ꝛ q̄si in ꝑspectu ē. Phantasia ṽo ꝛ p̄ntiuz ꝛ absentiū. ꝛ magis circa absentia errat atq̄z fallax est. Et quia visus ꝑspicacissimus sensus ē: qui sine lumine ꝑcipere non potest: hec interior potētia/ ei⁹q̄z operatio: a lumine nomen phantasia sortita est. Est enim vt latens interior oculus ꝛ sensus. Et vt finem verbis

faciamus qa imagies diu saluat/estq3 sicut ppetuus sensus: pleraq3 aialia illa vi ducuntur/suasq3 exercent opationes/ quia superiorē non habeāt vt belue. Alia vero aialia vt homines q superiorē habent virtutem: aliqn etiam ob ipedimētum vt morbum/aut sōnium: phantasia rapiuntur /imaginationēq3 sequntur. Sz quid phantasia: et quomō animalibus accidat satis dictum putetur.

Secundi de anima finis.

Tabula tertii de anima

De parte anime qua cōtemplamur/cōsultamus atq3 discernimus: consyderandu3 esse. .1.
Q intellect⁹ ab intelligibili patiatur .2.
Intellectus aliquid: impassibile existere. ipsius item aliquid passibile .3.
Anaxagore dictū q itellectus imixt⁹ sit: approbādū esse. 4.
Q intellectus: se prodat duplicis esse nature .5.
Intellectum corpori minime ammisceri. .6.
Sensus et intellectus: non similem esse passibilitatē. .7
Sēsus ꝛ itellect⁹: iudicādi ꝟtutē alterā et alterā existere .8.
Quo pacto intellectus res intelligat. .9.
Cum intellectus simplex sit et impassibilis (vt dicebat Anaxagoras) quomodo intelliget igitur? .10.
An intellectus sit intelligibilis? .11.
Intellectum: duas actus v3 ꝛ pōe obtinere dīnas. 12
Septem intellectus agentis proprietates. .13.
Cur post mortem non reminiscimur? .14.
Due intellectus operationes. .15.
Tres indiuisibilis modi. .16.
Q intellectus noster: potentia sit cognoscens. 17
Decē sens⁹ ꝛ intellectus cōuenientie/atq3 compatōes .18.
Animā quodam modo omnia existere. .19.
Animam res ipsas cum materia non existere. 20
Q anima vt manus habeatur. .21
Rerum sensibilium et que sine mole non percipiuntur: sensibiles spēs a matia sepatas: itelligibilia esse. .22.

De mouendi potentia determinatõem incũbere 23
Animam tribus partibus cõcupiscibili animosa/atqꝫ rationali non esse discerptam 24
Vegetatricem virtutem:aĩal non mouere 25
Neqꝫ sensualem 26
Neqꝫ appetitiuam 27
Item quoqꝫ neqꝫ intellectiuam 28
Hec duo intellectũ/appetitũqꝫ simul:aĩal mouere 29
Q intellectus ⁊ appetitus vt vnũ mouens moueãt 30
Non omne bonũ ad animal mouendũ appetitũ ciere 31.
Tripartitam anime sectiõem:haud equã fuisse 32
Si appetitiua virtus vna sit ĩ nobis:quo pacto eueniat nos appetitꝰ experiri/sentireqꝫ cõtrarios? 33
Q vnũ sit specie mouens quod non mouetur.et vnũ specie quod mouet et mouetur 34
Ad pandũ motũ q̃tuor requiri:primũ mouẽs immobile.mouens mobile.quod mouetur.et quo mouetur. 35
A quo impfecta animalia moueantur? 36
An sensualis imaginatio.an rõnalis moueat ĩ hoĩe? 37
An apphensio vniuersalis an pticularis motũ ĩperet? 38
Quicquid viuit ab ortus initio ad obitum vsqꝫ:vegetatricẽ potentiam retinere. 39
Non omnia viuentia sensu esse predita. 40
Q omni animali sensus assit. 41
Animalis corpus simplex non esse. 42
Tactum maxime animali necessarium existere 43
Gustũ quodãmodo aĩali itidem necessariũ esse 44
Q visus/auditus/ et odorandi sensus:minime sint vt tactꝰ necessarii. 45
Quo pacto animalia a longe sentiant 46
Animalis corpus simplex esse non posse 47
Animalia tactu destituta:deperire. 48
Excellentias tangibiliũ:tactum/ipsũqꝫ animal per se corrũpere:aliorum vero sensuum nequaq̃ 49
Q solus tactus animali:ad esse necessarius existat. 50

Primi cap. primi tractatus tertii de de anima note.

¶ Esse/species/forma/ratio/quodquiderat esse. ¶ Ea quorum rones sunt: ipsa cocreta/tota/atq3 composita. ¶ Magnitudo/res magnitudie pdita vt caro/os/neruus. ¶ Spectatiua scia/ intellectio. ¶ Scibile actu/ intelligibile actu.

Tertius liber de anima. tres complectitur tractatus.

Primus quinq3 cap. Primum quinq3 coclusiones. vnum correlariu ad scdam. duo ad tertiam. vnu correlariu. duas qstiones et eaz solutioes ad quinta. ¶ Pria pclusio.

1 Consyderandu se offert de parte aie qua conteplamur/cosultamus atq3 discernim9: an a ceteris loco et magnitudine disclusa sit. quo mo fiat itelligere: quoue pacto ab imaginatioe differat. ¶ Nam tantillo determiato pene vis illius anime: natura deprehesa erit: qua pceter; cognoscere opeprecium est. ¶ Scda. intellectus ab intelligibili patitur. ¶ Nam vt sensus ad sensibile: et intellectus ad intelligibile pari pportione respondet. Patitur aut (vt ia cognitum est) sensus a sensibili. Patitur igr et intellectus ab

2

3 intelligibili. ¶ Correlariu. Quo fit vt ei9 id impassibile existat: illud vero passibile/spez susceptiuu/et potentia tale: qlia sunt actu intelligibilia. Nam vt sensus ad sensibilia: ita itellectus ad intelligibilia. Sensus aut id impatibile e: sensationis effectiuu. id vero passibile: sensationis susceptiuu.

4 ¶ Tertia. Neq3 male pbandum est Anaxagore dictum intellectum esse imixtum/nullaq3 natura: spem certam/determinata/precipuaq3 hre ¶ Sic ei fiet vt facillime oia cognoscat: qui oim spes potentia retinet/nullam intus ppriam retinens: que extraneas et aduenticias excludat. Intus pfecto apparens: phiberet extraneum: aliisq3 obstrueret aditu

5 ¶ Primu correlariu. Unde fit iteru vt cum ante intelligere nichil eoz actu habeat que intelligit (est em purus/imixtusq3) duplicis se prodat esse nature: cuius hec agens/ hec possibilis nucupari potest. Et de eo loquor quo anima intelligit atq3 contemplatur: et non de imaginandi virtute: ad quam nonnuqz intellectus transffertur vocabulum. ¶ Ter-

dum correlariū. Quo rursus recte euenit: vt intellectus nō 6
admisceatur corpori. Nam eius instrumentū organūq3 (qz
corporeū) nūc calidū/nūc frigidu3: vt sensuū organa: fieret:
essentq3 talia intellectionibus īpedimento perinde atq3 ple
runq3 sensibile sensationib⁹. nichil autē tale est: sed quēad-
modū nōnulli ꝓbe dixerunt aīam locū/sedēq3 esse specierꝫ.
non totā: sed intellectiuā qua possibilis est: ꝛ nō quidē actu
natura: sed potētia vt dictū est. ¶ Quarta. Nō est sensus et 7
intellectus: similis passibilitas. ¶ Nā sensus maiore sensibi
li occupatus: vt forti colore/sono/aut odore: alia non videt
audit/aut odorat. Intellectus autē etsi excellentius quicꝗ
contemplatus fuerit: nō min⁹ intelligit infima. Et id certe
organorꝫ diuersitas ꝓstare videtur: ꝙ sensus nō sine corpo-
re sentiat: intellectus vero sepatus sit: suas incorporeo fun
ctiōes atq3 opatiōes absoluēs. Et intellectus cū factus fu
erit in actu vt sciens (hoc enī tūc est: cū per se ꝯtemplari et
cōsyderare pōt) seipm pōt intelligere. qui tametsi adhuc sit
in potentia: cōpletior tū /absolutiorq3 est: atq3 bona dispo
sitōe iutus. At priusꝗ quicꝗ inuenerit aut didicerit: nō ita
fieri pōt. ¶ Quīta. Sensus et intellectus iudicandi virtus 8
altera et altera est. ¶ Nā sensus iudicat calidū/frigidu3: et
ea quorꝫ ratio ꝗdam est. intellect⁹ aūt nō mō illa: sed eorꝫ eē
atq3 essentias. Aliud enī ē magnitudo: et aliud magnitudi-
nis eē. vt aliud aqua: ꝛ aliud aque eē/ꝛ caro: et carnis eē/et
simus ꝛ eē simi. ꝛ ita in mltis aliis. at nō in oībus: sȝ in qui-
busdā idem ē. Et intellect⁹ eē carnis et carnē vt alio aut ali
ter se hn̄te discernit: sicut circūflexa linea sese alit̄ hȝ ad se-
ipsā rectā: aut vt alio eē carnis/req3 ipa a carne sepato. ꝛ ita
in aliis. Et in iis in ꝗbus abstractiōe vtimur: vt in recto et
curuo: duplici intellectōe vtimur. vna vt in simo: ꝛ vt simul
cū ꝯtinuo ꝛ materia apphendim⁹. Altera vero sine materia
Est enī alterꝫ quod ꝗderat eē recti: ꝛ rectū. Et cū intellect⁹
totū ꝯcretū et ꝯpositū intelligit: intellectio vt cōposita ꝛ vt
dualitas ē. cū ꝟo formā: simplex/et vt vnitas. ꝛ ad pmā ꝛ cō
positiorē intellectionē adminiculo sensus vtit̄: scdā3 ꝟo ꝓ-
pria ꝟtute nixus opatur ¶ Correlariū. Unde fit vt quo mō 9
res sepabiles sint: eo mō eas ꝯtemplet̄. si enī oīno abiūcte
sint: oīno materiā a sua ꝯtemplatiōe reiicit. si nō reipa: neq3
reipa seiūctas intelligit: sȝ sola rōe atq3 cogitatōe precidit

10 ¶ Prima questio. Si itellectus simplex est ⁊ impassibilis: nullam speciem et formam (vt dixit Anaxagoras) retinens: cum intelligere sit quoddam pati: quomodo intelliget igitur? ¶ Rñsio. Utrisqȝ ⁊ agere ⁊ pati ipsi⁹ intellect⁹ aliqd cõe ē.
11 vt eñ agens: agit. ⁊ vt possibilis: patit̃. ¶ Scđa qstio. An intellectus sit itelligibilis? si eñ seipm per se ⁊ sine specie intelligat: cur ⁊ de aliis nõ ita futur sit? ⁊ alia p se intelligat? Si vero mixtus / spẽmqȝ hñs se intelligit: igr̃ aliquid hebit qđ ipm (sicut cetera) facit intelligibilē. ¶ Rñsio. Diximᵘ ipȝ pus scđm aliquid pati: ⁊ esse potẽtia quodãmõ itelligibilia: actu vo priusq̃ȝ intelligat: nichil. Queadmođ tabula: in qua nichil actu scriptũ est. Hinc ipm (vt cetera itelligibilia) intelligibilē esse dicimᵘ. Et in seiũctis a materia idē est intellect⁹ et qđ intelligit̃: vt idē spectatiua scia ⁊ actu scibile. Non tñ semp noster intellect⁹ intelligit: nam nõ semp fact⁹ est i actu vt sciens: ⁊ per se consyderandi virtutē hñs. In iis vo formis: que materie addicte sunt ⁊ cõiuges: nõ idē esse potest intellectus ⁊ qđ intelligit̃. est eñ intellect⁹ sine materia. Talium tamen vt intelligibiliũ potentia intellectus ē: ⁊ earum vnaq̃qȝ reuera erit intelligibile. Scđi cap. note.
¶ Intellect⁹ potentie / intellect⁹ possibilis / passibilis / patiēs ¶ Abiũctus: a materia. ¶ Impassibilis: qꝛ nichil vnq̃ȝ in se recipit. ¶ Immixt⁹ / nullã rer spēm i se tenēs. hoc eñ ipassibilitatē ꝯseqt̃ ¶ Idvere ē / cui⁹ sba flura nõ ē / dissolubilis atȝ deficiēs vnq̃ȝ ¶ Intellect⁹ q̃ vere ē / intellect⁹ rõnalis ¶ Intellect⁹ quo remiscimur / intellectus sensualis / imaginatio.

Cõm cap: ꝯtinet vnã ꝯclusionē. 7. intellectus agentis ꝓprietates / et. 1. vtriqȝ ⁊ agenti ⁊ patienti cõem Unã questionē ⁊ eius solutionē. ¶ Cõclusio. In-
12 tellect⁹ duas actus ⁊ potẽtie obtinet dr̃as ¶ Nam quecũqȝ natura fiũt: eor aliquid vt materia ē: ad oĩa que in illo genere fiũt potẽtia. aliquid vo forma: illor (que fiũt) effectiuũ principiũ. Ita igr̃ erit in aĩa atqȝ has aptare ꝯ ueniet dr̃as. Est eni itellect⁹ hic in oĩa fieri: ⁊ oĩm itelligibiliũ potentia vt in sensibilib⁹ oĩm sensibiliũ mat̃ia. hic vo in oĩa facere / intelligibiliũqȝ oĩm effectiuũ pncipiũ. vt oĩm rer nat̃aliũ formeꝛ act⁹. et hũc intellectũ agentē nũcupam⁹ / illũ vero intellectum põe. Et intellectus agens rerũ notiones in intellectum potentie inducit: vt habitus / et species et vt lumen.

Quodāmodo enim lumen existentes colores actu facit. ita intellectus agens susceptis materialib⁹ et singularibus notionib⁹ :eas distinguit/distinctasq3 apparere facit. Et notiones vniuersales nūc has/nunc illas:efformat: que nūq̄ sine ipō(vt neq3 sie luīe colorū varietas)appareret ❡Septē 13
intellectus agentis ꝓprietates. Est abiūctus/ impassibilis īmixtus/eius substātia est actus/intellectu potētie honorabilior ē(est enī agens honorabilius patiente et spēs et forma honorabilior materia) idem intelligens et intelligibilis vt scīa actu et quod scitur/est intellectu pōe tempore posterior:q̄ nō q̄pmū est intellectus potētie:intelligat. et cū tūc nō intelligat:postea intelligit.nō tñ oīno posterior est: neq3 quidem tēpore. Nā substātia semꝑ adest: actione vero non semꝑ. Et intellectus solū id seꝑabile est:quod vere est.atq3 id solū īmortale atq3 ꝑpetuū.❡Questio cur post mortē nō 14
reminiscimur❡Rñsio Intellectus qui seꝑatur:vere est impassibilis/nullaq3 dissolubilis morte.is vero quo reminiscimur/et sine quo aīa non remiscitur(mō eū liceat vocare intellectū)passiu⁹ est:morteq3 dissolubilis. Hinc merito post mortem nō reminiscimur.

Tertii cap.note.

❡Verū et falsu3/ꝓpositionū passiones.❡Intellect⁹pōa/intellect⁹ actus.❡Tēp⁹indiuisibile/Atom⁹/īdisibile tp̄is.

Ertiū cap.ꝯtinet duas oꝑationes intellectus.tres mōs indiuisibilis.et vnū correlariū.❡Due intellectus oꝑationes. ❡Prima.Primū intelligit sim= 15
plicia:que 10. p̄dicamētoꝝ generib⁹ sunt digesta. circa que nō est verū aut falsum. ❡Scđa est simpliciū cōpositio: vt ex quibus fiat vnū. Cōponit enī simplicia intellect⁹:non sicut aceruū:sed taliter vt ex ipsis simplicibus notionib⁹dissociatis atq3 discollectis vnū efficiat. similisq3 ē ei mēbroꝝ cōpositioni quā Empedocles cecinit a concordia factā.Sicut enī apud Empedoclem non omne mēbroꝝ in vnū congestū cōponit aīal:ita neq3 oīs notionū cōgeries facit compositionē.Et hec cōpositionū vera est: vt qua cōponit Diameter Asymetro.hec vero falsa vt qua cōponit Diametru3 symetro.Et iterū cōpositionū hec p̄teritorū est:q̄ intellect⁹ res ipsas factas/genitasq3 intelligit. Hec p̄sentiū:q̄ res ipsas intelligit vt p̄ntes et quasi p̄senti coassistentes Atomo.

Hec vero futurorum:qua res tanq̄ gignēde et future concipiūtur.vt itellectus apphendit q Cleon fuit albus/ Cleon est albus/que futurus est albus. Et que hoc modo coniuncta sūt:contingit negatione diuidere omīa:atq3 ita intelligere: Cleon nō fuit albus/ non est albus/nō erit albus. Est enim negatio:diuulsioni/diuisioniq3 simillima: et affirmatio cōpo

16 sitioni. Tres indiuisibilis modi. Primo indiuisibile ē qd neq3 actu neq3 potentia diuidi potest. Scdo qd actu indiuisibile ē:potentia vero diuisibile.vt linea/supficies/corpus/tempus et oīe continuū. Tertio dr indiuisibile:nō scdm q̄titatem sed scdm spēm.vt homo. Et cū intellectus intelligit indiuisibilia pmo vt īmateriales formas:vtrūq3 et intellectus et tēpus indiuisibilia sunt. Et cū īdiuisibilia scdo vt longitudinē:tūc actu īdiuisibilis est intellectus:et tēpus indiuisibile. Non enī magnitudinis hanc ptem pus et illam posterius intelligit:sed totam simul. Nam tūc nō vnam:sed plures itelligeret magnitudies. Si tamen eam diuellit: pariter diuellet et tempus:et in tempore intelliget. Et indiuisibilia tertio: intelligit notione anime indiuisibili:et tempore indiuisibili. Et non intelligimus quomō voces et vobabula diuidue pferuntur: per accidens tamen intellectionē diuiduam esse et nō suapte natura: sed vocabuli culpa (quod cum mora vocisq3 ptractione effertur)concedere:nichil apparet incōmodi. Et cum in oīni magnitudine et qd secari potest insit aliquid impartibile:quod separari non potest/ et qd vnū et continuū esse efficit.vt pūctus longitudinē vnam/et nunc tēpus vnū.huiusmodi imptibilia vt puationes apprehendit intellectus. queādmodū malum et nigrum ex suis quodāmodo

17 apphendit ptrariis Correlariū. Quo fit vt itellectus noster potentia sit cognoscens. Nam si quis est potentie non nixus/suoq3 iunctus cōtrario (potentia enī actui quodāmō cōtraria est)is semp seipm cognoscit: et eius suba maxime actus est/et pprie maximeq3 separatus:rex puationes/ptria/et iformia haud intelligēs.pinde atq3 si oculū fingas semper videntē/et auditū semp audientē: nūq̄ hic silentiū percipit: ille vero tenebras psentiet nūq̄.est igitur intellectus qui priuationes apprehendit et contrariū ex contrario:potētie nixus/ suoq3 quodāmodo iūctus ptrio. Et sicut oculus circa pprium visibile nō errat:ita neq3 intellectus fallitur cū qd

simpliciū tractat: vt formas sine mаťia. At si enūciatur affirmat alterū de altero:sepe ipsū falli cōtingit/ falsūqȝ dicere. Quēadmodū oculū iudicādo hoc vel illud esse albū: persepe falli contingit. Quarti cap.note
¶ Pupilla/oculi spherula per quam visio completur.
Quartū cap.cōtinet.10.sensus ⁊ intellectus cōueniētias atqȝ cōpatōes. ¶ Decē sensus ⁊ intellectꝰ cō
q uenientie atqȝ compatōes. Etsi intellectus lōge di 18
gnitate sensū añcedat:multa tñ cū sensu cōmercia/multasqȝ cōuenientias tenet. ¶ Prima. Sicut sensus pōa: actu sensu tpe prior est:⁊ idem sensibile actu/⁊ actu sensus: ita itellectꝰ potētia:itellectū actu tempore preuenit: et idē scibile actu/actuqȝ scīa. ¶ Scđa. Quēadmodū sensus neqȝ proprie passio/alteratio/motusue est:(Nā motus actus est impfectus: actio autē sensus:absoluta semp/pfectaqȝ habeť)ita neqȝ intellectus:passio/alteratio aut motus est:sed pfectio quedaȝ ¶ Tertia. Sicut sensus aliqñ simplex vt flauū apprehēdit: aliqñ vero alterū cum altero nectit vt cum flauū apprehendit pariter et dulce:ita intellectus interdū simplicē rei essētiam intelligit:interdum vero eam cum altero nectit/⁊ dicit eam pulchrā aut bonā esse. ¶ Quarta. Sicut sensus cū solā flauiciē apprehendit:neqȝ appetit neqȝ fugit:cum vero coapphendit dulce aut amarū: protinꝰ appetit aut fugit:hunc in modum intellectus solam sanitatis eēntiā neqȝ prosequitur neqȝ fugit:sed simulatqȝ sanitatem cum bonitate iunxerit:prosequitur. Quantum enim voluptas in sensu:tantū bonitas operatur in intellectu. et q̄tū in sensu dolor:tm̄ pōt in intellectu malitia. vt em̄ sensus voluptate trahiť/ refugitqȝ dolorem:ita intellectus bonitate:maliciāqȝ repellit. ¶ Quinta. Sicut in sensu appetitiuum aut fugitiuuȝ a sensitiuo aut a seinuicem seiuncta non sunt:sed esse/solaqȝ ratō altera est: itidem ⁊ ī intellectiuo prosecutiuum/refugitiuūqȝ. ¶ Sexta Quēadmodum cum sensus sensibilia vt voluptaria apphendit:prosequitur:cūvero tristia atqȝ dolorifica:fugit:ita quoqȝ cum intellectuali anime quedam simulacra(que phantasmata dicuntur)assistunt:que cum bonitate aut malicia affirmādo aut negādo nectit:totiens aut ꝓsequiť aut fugit. neqȝ em̄ sine Phantasmate intelligit anima. ¶ Septima. Sicut aer motus mouet pupillā/ ⁊ pupilla interiorē ⁊ abditū sen=

sum:ꝛ aer motus mouet auditũ/ꝛ auditus consimil'r eundẽ introꝛsus sensum:qui subiecto vnꝰ est ꝛ in medio cõstitutus vt centrũ:rõne tamẽ multa.est eñ ille:qui pꝛius positus est discrimen albi ꝛ dulcis apphendere.ꝛ nõ modo duoꝝ:sed ꝛ triũ et.4.ꝛ.5.sensuum:sensibiliũ discrimia diiudicat:ita ad phantasmata ĩtellectus sese habet. Nichil eñ refert iudicare nõ similia:ꝛ iudicare ꝯria.vt si ita a album ad b nigrũ:sicut c album ad d dulce:ꝛ appꝛehendens a ꝛ b idez subiecto sit:ita apphendens c ꝛ d idem subiecto erit.ꝛ ita transmutato apphendendi modo. ¶ Octaua. Sicut sensus simulacris vtitur seruatis:ꝛ mouet aial absentibꝰ sensibilibꝰ:ita ĩtellectus saluatis phantasmatibꝰ.inuenitqz in ipsis qđ ꝓsequat aut fugiat. Et sepe ex ꝑteritis aut ꝑsentibus futura coniectat:deliberatqz ꝓsequi aut fugere. Et hic intellectꝰ q̃ modo ꝓsecutionẽ/modo fugam molitur:pꝛacticus/ actiuus/ac administratiuꝰ nomiatur. Cõtemplatiuꝰ vero nichil mouet: ipsa rei appꝛehensione conspectioneqz contentus. ¶ Nona Sicut voluptas ꝛ doloꝛ ad sensũ/bonũ ꝛ malum ad intellectum actiuũ:ita se habet veritas ꝛ falsitas ad ipsum contẽplatiuũ. ¶ Decima. Sicut sensus nõ separate cognoscit:ita intellectus aliqua vt simũ scđm ꝙ simũ intelligit non separate.nõ eñ simitatẽ a naso pꝛecidere potest:quãdoquidẽ nasum in suo esse/suaqz diffinitiõe claudat.est eñ simitas nasi cauitas. Mathematica tamen ꝛ in quibꝰ vtitur abstractiõe: aliter intelligit. Tametsi eñ reipsa:mathematica separata nõ sint:ea tamen vt cogitatione ꝛ intelligẽtia separata sine materia respicit. Et oĩno intellectꝰ qui purus actus ẽ:absolutissima/atqz abstractissima intelligit. Utrũ aũt intellectꝰ qui non omino separatus est:aliquid intelligat eaꝝ formarum que omino a materie consoꝛtio ĩmunes sunt ꝛ absolute:alius ꝛ alio loco futurus est sermo.

Quinti cap.note.

¶ Sensibilia/que sensui sunt peruia. ¶ Intelligibilia/que capiuntur intelligentia. ¶ Actu scientia/intellectio. ¶ Res actu scite/que in aia exñtes:actu sunt depꝛehense. ¶ Res actu scite/actu scibilia.vt actu sensꝰ ꝛ actu sensibilia. ¶ Sensum esse sensibilia ꝛ aiam oia/ est sensum:actu sensibilia ĩ se

cõtinere/sensibiliũq3 similitudine indui:⁊ aĩam rerum oĩm notiones ⁊ simulacra cõtinere/⁊ vt oĩm indui/ĩformariq3si militudine:que res ipsas eam quodãmõ videri et apparere facit ℭ Phãtasmatis/phantasmatibus. 19

Uintum ca.cõtinet tres conclusiones ⁊ vnũ corre=
q larіũ ad scđam.ℭ Prima cõclusio. Aĩa quodãmo=
do oĩa est.ℭ Nã oĩa aut sensibilia aut intelligibilia sunt:q̃ omnia sunt scibilia/intellectuq3 apprehensibilia. Atq̃ actu scĩa:nichil aliud est q̃3 res ipe actu scite.vt sensus actu nichil aliud est q̃3 ipsa actu sensibilia. Est igit̃ aĩa quodãmõ oĩa vt sens⁹ sẽsibilia. Qđ adhuc vt clarius diluceat:sensus ⁊ scientia diducũtur in potentiã ⁊ actũ. Potentiã quidẽ:cum non in opa ⁊ functõe sunt:in actũ vero:cum suã exercẽt opa tõem. Et cum sensus est in põa:res sensibiles(q̃ sensibilia di cimus)est põa:⁊ sens⁹ sẽsitiuũ dicit̃. ⁊ cu3 est actu:illa ẽ actu Ita cum aĩa est in põa:res ĩtelligibiles põa est/⁊ potens sci re dicit̃:⁊ res ipse dicunt̃ scibilia. Cũ vo est actu:est ipsa ĩtel ligibilia actu. ℭ Scđa cõclusio. Aĩa res ipse cũ mat̃ia nõ ex 20
ĩstit. ℭ Nam aĩa quodãmõ est oĩa.necesse igit̃ est aut ipa sit cum materia:aut ipsorũ citra materiã spẽs ⁊ forme.nõ autẽ ea ipsa cum mat̃ia:vt neq3 sensus cum mat̃ia sensibilia. La pis enim non est in anima:sed lapidis spẽs. est igit̃ citra ma teriã oĩa. ℭ Correlariũ. Quo fit vt aĩa sicut manus habeat̃ 21
Ut eni3 man⁹ organũ organorũ ẽ ⁊ quo oĩbus vtimur ĩstru ment͂:ita aĩa spẽs spẽrũ est/et qua omibus vtimur specieb⁹ et formis.itidẽ ⁊ sensus spẽs sensibiliũ est. ℭ Tertia. Rerũ 22
sensibiliũ ⁊ que sine magnitudine nõ pcipiunt̃:sẽsibiles spe= cies a mat̃ia sepate:intelligibilia sũt. ℭ Nã hmõi sensibiliũ siue habitus siue passiones:⁊ abstractoru3 atq3 mathemati= coꝝ vt linee/supficiei/circuli/trianguli intellectui habentur vt sensibilia sensibus. Hac de cã si defuerint sensibiliu3 sẽs⁹ vt lineaꝝ ⁊ magnitudinũ:neq3 discet neq3 intelliget:fieriue Geometer poterit vnq̃3. Et ita si defuerit sensus alioꝝ sensi biliũ. Talia enim cum speculetur intellectus: necesse est pa rit̃ phantasma aliquod speculari. Phantasmata eni sicut sẽ sibilia sunt:preter hoc ꝙ preter materiã existunt. Sed ab af firmatione et negatõe dr̃nt.ꝙ affirmatões ⁊ negatões vere aut false intellectus complexiones sunt: nõ aũt phantasma ta. Hinc neq3 phantasmata:prime sensibiliu3 intellectiones

sunt: ex quibꝰ constāt affirmatiões ⁊ negatiões. Non tamē de pme itellectus notiones sine phantasmatis existunt.

Primi cap. scdi tractatus note

¶ Cupiditas/animositas/voluntas: vis cupiendi/irascendi/⁊ volendi. ¶ Motꝰ/ motus scdm locum eius quod a se mouetur.

Ecūdus tractatus

cōtinet tria cap. Primū sex conclusiones
23 q̄tuor rōnes ad scdam. duas ad tertiam. et tres ad scdaȝ partē sexte. ¶ Prima cōclusio. Nūc de mouēdi potētia determinandi se aptus offert locus. ¶ Nam aīa duabus potissimū differētiis discernit atqȝ diffinit: cognitiōe videlicet ⁊ motu. De eaꝝ vero que cognitionē explicet: que sensum/ intellectū/ discretionēqȝ cōtinet: iam ample/diffuseqȝ differuimꝰ. De motu igr ⁊ de loco in locū mouēdi facultate: nūc opoꝛtunus determinādi se pbere videt locus. Et de ipsa q̄stio est an pars sit aīe: a ceteris aīe ptibus magnitudie/sbiecto/locoqȝ differēs atqȝ disclusa: an rōne sola. an tota sit anima. Et si pars sit: iteꝝ an sit vulgataꝝ aīe partiū: que nū-
24 cupari solēt cōcupiscibil'/irascibilis ⁊ rōnalis: an alia quelibet. ¶ Scda. Aīa nō est tribꝰ ptibus cō cupiscibili/irascibili/ ⁊ rōnali discerpta/diuisaqȝ vt volūt aliqui. ¶ Primo. quia quibꝰ discriminibꝰ cupiditas/aīositas/atqȝ rō differant: liceret ob ꝯsimilia ⁊ ꝯsimiles differendi occasiōes aīam in infinitas ptes secare. ¶ Scdo. qꝛ videnť alie aīe potētie āplius q̄ȝ he tres distare. Nā vegetatiua ꝟtus (que ⁊ plantꝭ ⁊ aīantibus cōis est) plus videtur a tribus iis differre: q̄ȝ ipse inter se. Et sentiendi virtus similiter. quā neqȝ rationalē neqȝ irrationalē facile putare possis. In has aūt: aīaȝ nō partiūtur ⁊ secant. Minus igitur ⁊ in tres predictas eam ipsam secari debere putandū est. ¶ Tertio. Non modo sensus: sed ⁊ imaginandi virtus ab his distare videtur. et tamē si anima in has tres partes esset dissecta: imaginariā virtutē aut concupiscendi facultatē/aut irascendi/aut volendi esse opoꝛteret. Sed dicant quā illarum efficiant? ¶ Quarto. appetēdi virtus altera potentia ratione esse: ab omibus concedereť.

Atqui hanc sequestrare/diuellere/et ꝑdere incōueniens vi
detur.quod tñ fieri necesse foret.⁊ eius vna ptium in cōcupi
scibili/vna in irascibili/et vna in rōnali abiret.Sunt enī cō-
cupiscentia/ira/voluntas:appetitus.non est igiꝛ hoc pacto
secanda anima:sed has ptes(quēadmodum ceteras)sola rō
ne distare/seiunctasq; esse putare op;.S; nūc quid moueat
animal disquirendum est:⁊ alio quoq; loco de spiratōe ⁊ re
spiratione/ sōno ⁊ vigilia futuram determinationē relinque
mus ¶Tertia conclusio.Uegetatiua virtus animal nō mo 25
uet.¶Rati enim sunt nonnulli altricem potentiam mouere
ob augmentum et diminumentum que ab ipsa proficiscunꝛ.
Sed id non ita esse ostendimus.¶ Primo.Quia semper de
loco ad locum motus:alicuius fit gratia/ cum imaginatōe/
prosecutione/vel fuga:modo sponte ⁊ nō coacta vi fiat. At
nutritiua virtus ⁊ imaginatione caret/et(qui sensum et ima
ginationem sequitur)appetitu. Non igitur vegetatiua vir-
tus animal mouet.¶ Secundo.Stirpibus inest vegetatiua
virtus.si igitur ipsa ess; motiua:ipsis natura aliquod tribu
isset organum ad se de loco in locum transferendum.Nichil
enim in natura sine vsu et ociosum. Id autem factitatu; nō
comperitur.Non mouet igitur vegetatiua virtus.¶ Quar 26
ta sensualis virtus:animal non mouet.Nam pleraq; anima
lia sensum habent:quibus virtus motiua non adest. Feciss;
enim ipsis natura ad illum exsequendū instrumēta: si nichil
frustra facit/et in necessariis non deficit.nisi forte orbata/la
cessita et mutila excipias.qualia nō sunt hec:vt que augmē
tum et decrementum sumant/pariter et generent. Non igiꝛ
sensitiua virtus motiua est.¶Quinta Uirtus appetitiua mo 27
tiua non est.¶Eadem cum superiori:ratio duci potest.⁊ cō
cupiscentes et irascentes vt continentes: non sequntur ap-
petitum.et minus rationales:sed intellectū rationēq; sequū-
tur.Intellectus autem(vt modo probabitur)non mouet.
¶ Sexta.Motus a virtute intellectiua non proficiscitur 28
¶ Nam duplex est intellectus:contemplatiuus et actiuus.
sed eorum neuter mouet.Contemplatiuus enim non mouet
quia de singularibus prosequendis fugiendisue nichil cōsy
derat.motus autem ꝓsequentis aut fugiētis est.Neq; q̄de;
actiuus: etsi prosequēdis fugiendisue vis illa consultatrix
presit. ¶ Primo quia sepe cum vis illa que non contēpla-

tur: aliquid horrendum et fuga dignuz intelligat:ita vt cor tremat/inhorrescant pili:non tamen mouet. Et cum aliquid prosequendũ videat: vt pars altera voluptate prosequendi trahatur:plerũq3 tamen non mouet. ❡ Secundo quia frequenti vsu euenit vt cum ratio ꝑcipiat aliqua fugere: non moueamur. aut aliqua ꝓsequi:itidem nõ ꝓsequamur:s3 spreto rõnis imperio quocũq3 concupiscẽtia trahit sequamur. vt incontinẽtes facere solent. ❡ Tertio. medicus non semꝑ sanat:etsi medendi sciam habeat. Et eques nõ semper equitat:etsi equestrem possideat disciplinam. Itidem neq3 prudens consultãs semꝑ mouebit:quasi alterius sit ꝓpriuz mouere ꝙ scientie ⁊ cõsultationis: ⁊ sciendi/ consultandiue facultatis. Non igitur vis intellectiua mouet

Secundi cap. note.

❡ Recta/que suam naturã sequẽdo: prudentie limites non excedunt. ❡ Recta ⁊ non recta/que illis sua natura nõ astringũtur: etsi aliquãdo illos limites obseruent. ❡ Specie/ratione. ❡ Rõnalis imaginatio/intellectus. ❡ Sensualis ꝟo/ Phantasia.

Cõm cap. ꝯtinet q̃tuor ꝯclusiones. vnũ correlariũ: vnã questionẽ cũ altero correlario ad tertiã. ⁊ vnũ
29 correlariũ ad quartã. ❡ Prima ꝯclusio. hec duo: intellectꝰ ⁊ appetitus aĩal mouent. ❡ Sub intellectu:phantasiam ⁊ imaginationẽ cõphendimus. Nam homĩes plurima ex parte imaginatione:potiusꝙ disciplina ⁊ consilio reguntur. Et cetera animalia(quia prudẽtia carent)solꝰ phantasie vsum habent. Et nos de intellectu practico intelligimus:qui a contemplatiuo:fine differt. Nam contemplatiui finis sola veritatis inspectio est: practici vero ⁊ administratiui appetitio atq3 prosecutio. Et ꝙ hec duo moueant patz. Nam omnis appetitus propter aliquid est: aut prosequendum aut fugiendum. Et cuius est appetitus: hoc principiũ est practici/consultatiuiq3 intellectus. Ultimũ enim ⁊ in qd resoluitur actionis principium. Igitur cum actiua cognoscens virtus mouet: appetite rei gratia mouet. Non igitur sine appetitu mouere põt. Nõ ĩmerito igr̃ hec duo: ĩtellectꝰ
30 ⁊ appetitꝰ aĩal mouent. ❡ Scđa. intellectus ⁊ appetitus vt

vnū mouens mouent. ¶ Nam vnuȝ est quod vt obiectū mo uet appetibile scȝ. est enim principiū. et illius grā itellectus non sine appetitu mouet: sunt igiť vnum mouens. Si eñ vt duo mouerent: non scdȝ cōem vtrisqȝ spēm motus mouerēt sȝ hoc vna specie: illud altera. quod nō fit. Cum enim ratio mouet: cōsimiliť voluntas mouet. Est enim voluntas appe- titus. non tñ cum appetitus mouet: rōem mouere opȝ. Nam cōcupiscentia ꝛ ira appetitus sunt: qui sine rone (vt cū ima- ginatōe) tñ mouere possunt. Hoc tamen inter rōem ꝛ volun tatem parte ex vna: phātasiā/ꝛ appetitū parte ex altera inť est. ꝙ rōnalis itellectus ꝛ voluntas semper recta sunt: phan tasia vero et appetitus recta et non recta. ¶ Tertia nō omē 51
bonum: appetitum mouet ad aīal mouendū. ¶ Nā appetibi le ita mouet appetitum. Appetibile autem hic dicimꝰ qd bo num est aut bonum apparet/cōtingēs et in nr̄a potestate. nō autem omne bonum: tale est. Nō igiť omne bonū: appetituȝ ciet ad animal mouendum. ¶ Correlariū. Hinc fit vt iterū 52
non equa fuisse dinoscať triptita aīe diuisio in cōcupiscileȝ/ irascibileȝ ꝛ rōnalem. Nam appetitiua vna est: que cum pra ctico itellectu aut cum imaginatiōe animal mouet. nō itaqȝ hoc pacto fuit anima secanda. sed si secanda fuisset: lōge in plures ꝑticulas (vt dcm̄ ē) secāda fuissȝ: vt vegetatiuā/ sensi tiuam/appetitiuam/intellectiuā cōtemplatiuā ꝛ actiuā. que plus differre adinuicem videntur: ꝙ̄ cōcupiscibilis ꝛ irasci bilis. ¶ Questio. Si appetitiua virtus vna sit in nobis: quo 53
pacto euenit nos appetitus sentire cōtrarios? ¶ Rn̄sio. Si cut potentia sentiendi vna est: q̇nqȝ diuersis vsa sensuū fun ctōnibus: ita appetendi virtus vna est: in tres diffusa actus cōcupiscentiā/iram/atqȝ rationem. Et quotiēs ratio aduer satur/contraqȝ it cupiditatibus/ꝛ ire: hos contrarios appe titus in nobis experimur. ¶ Correlariū. Quo fit vt hec ap- appetituum dissentio his solis aīantibus accidat: que itelle ctum habent ꝛ temporum discretionem. Nam cōcupiscētia cū pn̄s delectabile et qd titillet attendit: tanꝙ̄ summū bonū sit sceleri manus datvictas: quia nichil de futuro preuidȝ: in tellectus vero futurum prospiciens exitum atqȝ finem: ipsā retrahit/suoqȝ renititur vicio. Et hinc illa appetituū in no- bis dinoscitur pugna. ¶ Quarta vnum est specie mouēs qd 54
non mouetur: et vnū spē quod mouet et mouetur. ¶ Nā pri

mum est appetibile/quod appetitum ciet:pellitq; et non mo uetur. Scd'z est appetitus qui(vt dictū est)ab appetibili me diante intellectu aut imaginatione excitat̄:qui et mouz ani-
35 mal. ℭ Correlariū. Hinc fit vt ad parandū motū:q̄tuor re- q̄rant̄. mouens quod et primū imobile vt bonū. mouēs qđ et idem mouetur vt appetitiuū. qđ mouet̄ vt animal. et quo mouetur vt sensibile ꝛ corporeū organū. de quo ī eo loco(q̄ de opibus corporis et aīe coībus)diligentius ꝯsyderandū ē. hm̄oi enī corporeū organū tubera/vertebra/ cōcauaq;:ad cō missuras et compages tenet. Est et iunctura coīs parti qui- escenti ꝛ mote rōne dissidens:reuoluiturq; vna ps in alteri- us concauo. ꝛ motus ille pulsu ꝛ tractu cōpletur. Estq; ali quid circa quod reuoluit̄(vt in circulo)quiescens. Sz hacte nus sat̄ dictū est quo mō appetitiuū(quod nō sine imagina tione est)vt tale:aīal mouet. ꝛ imaginatiōem intelligim⁹ aut rōnalem que in hominibus repitur:aut sensualē que ꝛ in hoī- bus et in aliis cōspicit̄ aīantibus.

Tertii cap. note

ℭ Appetitus in nobis qui cum ratione ꝛ syllogismo habet̄/ est voluntas:que ꝛ appetitus rōnalis noīat̄. ℭ Qui vero p̄- ter opinionem ꝛ syllogismū in nobis est:ꝯcupiscibilis et ira scibilis est. quem ꝛ appetitū sensualem/irrationalē/brutūq; dicere consueuerunt.

Ertium cap. cōtinet tres questiones. ꝛ earū soluti-
36 t ones. ℭ Prima q̄stio. a quo impfecta aīalia vt mu sce ꝛ vermes(quibus diximus prius non adeē phā tasiā)moueant̄? ℭ Rn̄sio. sicut illa indeterminatū h̄nt et va guz motū:īdet̄minatā imaginatōem h̄nt ꝛ appetitū. Perfe ctā enim phantasiā eis adesse negauimus. Uidet̄ enī ipis le titia ꝛ tristitia inesse:quare ꝛ cōcupiscentia ꝛ appetitus. qui bus etiam imaginatōem phantāsiāq; indet̄minatam ineē cō
37 cedim⁹. ℭ Scd'a. Cum imaginatio sensualis cet̄is aīantib⁹ q̄ se mouēt insit:hoīb⁹ vo ꝛ sēsualis ꝛ rōnal':q̄ hax an sēsual' an rōnalis mouet in hoīe? ℭ Rn̄sio. Cum doceri volumus ex duabus quantitatibus vtra earum fuerit maior:certa cō stitutaq; vtimur mēsura:vt palmo aut cubito:vt huiusce rei certitudinē experiamur. Ita duob⁹ propositis cupiētes co gnoscere vtrum eligibilius sit:nos aliquid vnum vt delecta bile aut vtile loco mensure(ad quam ea conferamus)consti

tuere oportet. Et in nobis appetitus vnus cum ratione et syllogismo habetur: est z vnus qui est p̄ter opinionē z syllogismū. Et vehementior z valentior debiliorē rapit z sup̄at. hinc sepe euenit vt rōnalis moueat irrōnalem: cum vehemētior fuerit. Euenit item z sepe versa vice irrationalē mouere rationalem atq3 secum rapere: cum ipse vehemētior fuerit. Non quidem q̄ debilior suū motum deserat: sed alteri⁹ fortiore z validiore motu rapitur. Quēadmodum in spheris celestibus sphera (que vltimum celi ambitum coercet) orbes planetarū: motus pernicitate z velocitate precellēs secum rapit: suos tamen in contrariū circuitus efficiunt. Ita est z in nobis. Hoc tamen interest: q̄ in mundo semp is motus vincit: qui natura eminentior z nobilior est z alios secū rapit. vt is qui primo z supremo attribuitur circulo. In homine vero fit plerūq3: vt natura superius p̄stantiusq3 ab inferiore superetur/ vincatur/ atq3 rapiatur. vt incontinentiū constat argumento. z tribus cognoscantur agitari motibus inferioris/ superioris/ z quodāmodo tertio raptus. ¶ Tertia questio. Cum duplex sit extimatio siue apprehensio: hec vniuersalis. vt omē liberalitatis opus honeste fit z fieri debet. hec vero particularis vt huic philosophie operam studiose nauāti z quidem indigenti erogare: liberalitatis op⁹ est. que har: motum imperat? ¶ Responsio. Utraq3. s3 vniuersalis minus: vt que stando quiescendoq3 magis: moueat. z ab actione remotior. Particularis vero magis vt que actioni vicinior/ p̄pinquiorq3 immineat. 38

Primi cap. tertii tractatus note.

¶ Incorruptibile animal addit: propter eos qui celum imo verius mundum animal esse asserunt: cui tamē nullum sensum tribuunt vt Timeus. Ait eñ. Nec oculis indigebat: q̄a nichil extra (quod cerni posset) relictum erat. Nec auribus: cum nichil superesset foris: q̄d audiretur. Nec erant aere circunfusa externa mundi: vt respirationē requireret. Nec membris quidem talibus opus erat: per que noua alimenta susciperet: aut decocti cibi excrementa emitteret.

ertius tractatus continet duo cap. Primum continet sex cōclu
siones. Unum correlarium ad quintaȝ. Et
quomodo aīalia a longe sentiāt post sextā
39 ¶ Prima conclusio. Quicquid viuit: a ge
nerationis initio ad suum vsqȝ obitū/inte-
ritūqȝ vegetatricem aīam retinere necesse
est. ¶ Nam omne tale a sue generationis initio ad statū (mo
do impedimentum tollatur) augescit/statum habet: post quē
ad obitum vsqȝ minuitur. Id autem sine alimento fieri ne-
quit. Inest igitur ipsis suo toto durationis tempore vegeta
40 trix anima. ¶ Secunda. Non oibus viuentibus presto adeē
sensum necesse est. ¶ Nā plantis non adest: etsi vitā posside
ant. Earum enim corpus nimis simplex/terreum/et ad sen-
tiendum ineptum. Non igitur habent tactum. quo non habi
to: vt ceteri deficiant necesse est. Sine enim tactu: sensum vl
41 lum haberi impossibile est. ¶ Tertia. Omne animal sensum
habet ¶ Nam omnia que natura subsistunt: propter aliquid
sunt: et natura nihil temere et frustra facit. habebunt igit̄ sē
sum que progrediuntur et que se de loco in locū transferūt
vt cibum a longe sibi queritent et acquirāt: alioquin sine ca
rebunt/aliqȝ non poterunt. Et pariter sensuȝ habebunt que
sedi nixa alio se transferre nequeunt: vt coniunctum discer
nant alimentuȝ. Neqȝ licet dicere corruptibile animal motu
preditū: intellectū hr̄e sufficere ad discernendū: et sensū non
habere. neqȝ quidē incorruptibile. nā aut id sic melius esset
corpi aut aīe. non aūt aīe: q̄a nō meli⁹ sine ipso ītelligit neqȝ
42 itidē corpi: qđ ꝓpter sens⁹ aīalib⁹ datū esse videt̄. ¶ Quarta
aīalis corpus simplex eē īpossibile ē. ¶ Nā si simplex esset:
tactū nō hr̄et. tactū aūt: ipsū hr̄e necesse ē. Nō igit̄ corp⁹ sim
43 plex: sȝ cōpositū mixtūqȝ hȝ ¶ Quīta. tact⁹ maxie aīali neces
sarius est. ¶ Nam cum animal corporeum sit: ipsū proxima
contingere corpora necesse est. oportuit igitur ipsum muniri
tangendi facultate: qua salubria ab officientibus discernere
queat/salutēqȝ suam efficiat. alioquin vitā nō saluat. Fit enī
tactus per q̄ddā internū. quō igit̄ dinoscerȝ aīal ea que pro
sunt vt ꝓsequatur: et ea que officiunt/nocentqȝ vt fugiat si
ne tactu: quo ꝑsidio destituta aīalia: vt statim depereāt ne-
cesse est. De visu autēȝ/auditu ⁊ odoratu nō ita fit: sȝ medio

quodam hauriuntur extraneo. ¶ Correlarium hinc fit vt gustus quodāmodo animali sit necessarius. Nam gustus vt tactus quidam est: ⁊ alimentū tangere necesse est. Est igit (vt tactus) quodāmodo necessarius. 44
¶ Sexta conclusio. visus/auditus/⁊ odorandi sensus non sunt vt tactus necessarii. 45
¶ Tactum eñ et gustū diximus aiali necessarios: ꝙ tactus alimenti sit sensus. sine quo non contingit animal esse posse. non autem de visu/auditu/aut odorandi sensu ita est. Color enim/sonus/⁊ odor alimentum non prestant/augmētum/⁊ decrementū. et natura pleraq; aialium his sensibus non muniuit: sed boni gratia aliquibus ipsos addidit. ⁊ potissimū progressiuis: que a longe victum queritant. Nec mirum. nam hoc horum sensuum presidio ipsa saluari necesse est: neq; ad suam salutē tactus munitio sufficeret 46
¶ Et si q̄ras: quomodo a longe sentiant vt videant/audiant/odorēt? ¶ Dicimus sensibile mediū mouere: medium vero motum ciere/mouereq; sensum: perinde atq; si mouens aliquid pellat: quod pulsum alterum pellat. sicut ṗmum mouens a nullo pellitur: et vltimum pulsum solum pellitur ⁊ non pellit: media vero nunc plura nunc pauciora ⁊ pellunt ⁊ pellūtur: sic in sensatione. hoc excepto ꝙ in huiusmodi sensus alteratione: vnum manens ⁊ in eodem loco: alterat. pellens autē locū mutat. Quēadmodum cum cere sigillum impṁis: q̄tū pellendo cera cedit: sigilli vestigium profunde tenet. vbi v̄o non cedit vt lapis: nō retinet. ita ⁊ aqua ⁊ aer ⁊ maxime aer vnus ⁊ idē manens patitur: ⁊ sensum mouet. Et ita dicere satius videtur q̄ꝫ putare dum videmus oportere radios ab oculis egredi: qui a colore ⁊ figura passi/ ⁊ densitate repercussi: ad oculum redeant. At leuis ⁊ complanatus aer vnꝰ infractusq; manens coloribus ⁊ figuris affectus: meliꝰ dicetur visum icere ⁊ sensum coloris ⁊ figure facere: haud secus q̄ꝫ si sigillum ad finem vsq; ingrederetur cere: illic sigilli vestigium relinquens.

Secundi cap. note.

¶ Corpus simplex est/quod vnius solius haberet elementi contemperamentum.

Ecundū ca.cōtinet tres cōclusiones.et vnum cor=
47 f relariū ad scdam ℭ Prima cōclusio. Aialis corp⁹
simplex esse ipossibile est.ℭ Simplex itelligo igne
um/aereum/aqueum/aut terreum. Nam sine tactu anial esse
non potest: neq3 aliorum sensuum vllum habere. Atqui ta=
ctus simplicis corporis esse non potest:etsi visus/audit⁹/o=
dorat⁹possint.vt aquei ꝛ aerei:ꝑ q̄ vt media sentire faciūt.ta
ctus enim per intraneū:et tangendo ipsa ignea/aerea/aq̄a ꝛ
terrea sentit.Hinc tactus nomen ei inditu3 est. aialis igitur
corpus simplex esse non potest.At tibi forte videri poss3 ter
reum esse posse.sed sane ita esse nequit. Na3 tactus suscepti
uus est oim tangibiliū vt medietas quedā: et non solū diffe
rentiarū terre:sed calidi/frigidi/humidi/ꝛ sicci ꝛ oim tangi
possibilium.Hinc ossa/pili/ꝛ plante non sentiunt: quia trea
48 sunt.ℭ Tertia.Aialia tactu priuata mori necesse est.ℭ Na3
sine eo(vt diximus)neq3 aial esse potest:neq3 sēsuū vll⁹imo
cum sit ille sēsus:aial eē necesse est.ꝛ cu3 sit aial:hunc solum
49 sensū hr̄i parit op3.ℭ Correlariū.hic fit vt excellentie sen=
sibiliū alioꝝ sensuū:nō aial corrumpant sed solū sensū nisi ꝑ
accn̄s.excellentie vero tāgibiliū:ꝛ tactū ꝛ ipsū aial ꝑ se cor
rumpunt.Excellens eni sonus vt tonitrus aial non corrū=
pit sed auditum:nisi per accidens.vt cum spūs simul cū so
no elisi ꝑcussio aial exanimet.Neq3 excellens visibile anial
corrumpit:sed visum nisi per accidens.vt cum visu sic tro=
re afficit aial:vt e vita emigret secedatq3.Et ita de odore ꝛ
sapore .At excellentie tangibiliū calidum/frigidū/humidu3
siccum/molle/et durum:tactū per se corrumpunt ꝛ animal.
Non eni corrupto tactu:aial supuiuere cōtingit.et ois sensi
50 bilis supexcellentia sensum corrumpit.ℭ Tertia. Solus ta
ctus animali ad esse necessarius est:alii vero propter bn̄ esse
ℭ Nam solus tactus aiali(vt viuat)haberi est necessari⁹: et
alii corrupti non interimunt aial.qui ꝙ ob bene esse anima=
li sint concessi:statim cognitum est.Visus enim additus est:
quo vitam in aere aut aqua aut aliquo perspicuo sibi vendi
cet.Auditus:quo ei aliquid indicetur.odoratus:quo odore
a longe percepto ad alimentum se conuertat.gustus:quo io
cundum sit ei alimentum:et triste refugiat . Postremo lin=
gua adhibita est:vt sapores discernat/vocesq3 effingat.Est
itaq3 notum solum tactū ad esse animali necessariū esse tri

butum: ceteros vero non ad esse sed ob bene esse.

Trium de anima: complete Paraphrasis finis.

Tabula libri de sensu et sensato.

Qd de reliquis (que minus expleta sunt) determinationē facere expediat. 1
Qd naturalis Philosophi sit sanitatis et egritudinis principia rimari. 2
Medicos physicā artē auidiuscule ꝓsequi et querere. 3
Omnia que dicta sunt: corpori et aīe esse coīa. 4
Uisum ad plura per se dinoscenda aptiorem haberi: auditum per accidens. 5
Qd a natura ceci scientiores euadant surdis a natiuitate atq; mutis. 6
De natura organoꝝ sensuū: determiationē eē faciendā. 7
Sententiā Timei et Empedoclis visum ignem esse ponentium: recipiendam non esse. 8
Qd Democritus oculū natura esse aqueū recte astruxerit: non tamen recte visionem esse fulgorem. 9
Uisionē aliquo egrediēte fieri putare: incōueniens esse. 10
Rōnabiliter vt oculus aqueꝰ factus fuerit euenire. 11
Sentiendi organa: q̄tuor elementis aptari. 12
Diuisio sensibilium. 13
Qd color actu sensum faciens is sit: qui extremitas est perspicui in corpore terminato. 14
Duo modi quibꝰ antiqui medios assignabāt colores. 15
Primū modū medios conficiendi colores inualidū esse 19
Item et secundum. 17
Corpoꝝ defluxibus visionē fieri: mīme sentiendū esse. 18
Qd de odore determinandū sit. 19
Empedoclem non recte putasse saporem esse de natura aque. 20
Qd aqua non sit sapoꝝ Panspermia: hoc est tota materia. 21
Terram sapoꝝ gignendoꝝ causam existere. 22
Fructuū species sapoꝝ differentias obtinere. 23
Quid sapor. 24
Qd sapores in solo sicco non consistant. 25

Que sint saporum species 26
Non recte putasse Democritū oia sēsibilia tāgibilia eē 27
Q cōibus sensibilibus vt propriis: inconuenienter antiqui sint vsi. 28
Democritum non recte propria reducere ad coia. 26
Q aere et aqua odorare cōtingat. .30
Odorē passionē esse Enchymi humido siccoq3 pticipāt .31.
Quid odor. 32
Odorē neq3 exhalatōem/neq3 vaporē/neq3 vtrūq3 sit eē .33
Q odor pcipiat: cū hūidū ab Enchymi siccitate patiat .34.
Species odorum: saporum speciebus pportionabiliter respondere. 35
Q pleriq3 odorum delectationem aut tristiciam per accidens afferant. .36
Tales odores aialibus cōes existere. .37
Nonnullos odores scdm se esse delectabiles. 38
Odorem secundum se suauem et delectabilem: homini proprium esse. .39
Q nō respirātia odorandi facultatē habeāt. 40
Quo pacto nō respirātia odorz capacia sint? .41
An bruta odorib9 scdm se grauib9 idignent?. 42
Olfactū: medium sensuū rite locū obtinere. .43.
Q Pythagorici pperā asserūt: nōnulla aialiū odoribus nutriri. 44
An sensibiles passiones in ifinitū partiant? 45.
An visibile prius tpe mediū imutet q̄ visum? 46
An idem sit sonus quem propior audit: atq3 quem audit distantior? 47
Vtrū eundē simul pluribus sensibus sentire cōtingat? 48
Ipsum indiuisibile sensibile non esse? 49

Finis tabule.

Jacobi.F.Stapuleñ.in librum de sensu
z sensibili Aristotelis Paraphrasis.

Primi cap. p̄mi tractatus libri de sensu z sensato note. ❡Color p̄prium z per se a visu perceptibile.
❡Symbolum/signum/significatiuū.

Liber de sensu z sensato duos tractat⁹ complectitur. Primus quinq3 cap. Primū tres cōclusiōes. duo correlaria ad primā. et vnū ad tertiā. ❡Prima cōclusio. Quoniā de anima z virtutib⁹ eius vt ab ipsa p̄ficiscunt determinationē fecim⁹: his suppositis de reliqs et iis que minus explicauimus tam cōibus q̄3 p̄priis determinationē facere expediet. ❡Nam de iis que aialibus sunt z corpori z anime cōmunia (que in iis de aia non exacte satis determinata sunt: aut que illic tacta nō sunt) apta post consyderationē de aia incumbit determinatio. Talia autē sunt sensus/memoria aie z corpori cōmunia: z fere omibus aialibus: queādmod appetitus/concupiscētia/ira/delectatio/tristicia. et he q̄tuor numero passionū cōiugationes: sōnus vigilia/iuuentus senectus/aspiratio respiratio/ mors et vita: de quibus nichil illic tactum est. Expediet igitur de ipis determinationē facere: et quid vnūqdq3 eo♃ sit: vt quid memoria/quid sōnus/vigilia/iuuētus/senectus/aspiratio/respiratio/quid mors/quid vita et cur vnūqdq3 accidat: videre. 1
❡Primū correlariū. Hanc ob causā natural' philosophi: sanitatis z egritudinis est p̄ncipia iuenire. Sunt eñ he cōmunes passiones solis aialibus cōuenientes. Nam sanitatem z egritudinē vita carentib⁹ fieri impossibile ē. ❡Secundū correlariū. Et hinc fit vt Medico♃ q̄3plurimi auidiuscule physicam artem p̄sequant z querant. Nam vbi naturales finiunt: ordiūtur medici. z ex iis que de natura sunt: sua sumit p̄ncipia Medicina. ❡Secūda. Oia que dicta sunt: corpori z aie cōmunia sunt. ❡Nā aut hec sensus sunt habitus: vt memoria. aut passiōes que sensib⁹ fiūt: vt sōnus z vigilia. aut aial z pariter corp⁹ z aiam saluāt: vt respiratio/iuuent⁹/ vita z sanitas. aut corruptiones sunt et p̄uationes: vt respi 2 3 4

rationis ablatio/senectus/mors/egritudo. Sunt igitur hec omnia: corpori et anime cõmunia. Quid enim sit sensus/ propter quid accidat/quodq3 corporis sit (vt qui corporeo indiget sensorio) et quod aie: satis/appmeq3 superius dictum est. Dictũ etiam est gustum et tactum: sensuum maxime necessarios animalibus esse. Tactum quidem: quod animal saluetur a corrũpentibus tangibilibus. gustum vero propter escam. Est enim sapor ad nutritiuã partem ordinatus. Is enim sensus iocundũ amplectitur alimentũ. triste autem et horridũ refugit et abbominat. et alios sensus auditum/ visum et odoratum (qui per exteriora media fiunt) ipsis animãtib⁹ cõcessos diximus: quo a longe alimentũ dinoscentes sibi melius prouideant. At visus et auditus in aialibus intellectu et prouidentia preditis (qualis est homo) altioris boni vt discipline et prudẽtie gratia sunt. Nam plurimas differentias ostendũt: ex quibus cõtemplatio consurgit: et circa agibilia/ humanasq3 actiones discretio. de quibus hec adhuc adiiciamus. ¶ Tertia cõclu-

5 sio. Visus ad plura per se dinoscenda et ad necessaria: scdm se melior/ promptiorq3 habetur: auditus autẽ per accidens. ¶ Nã visus multimodas/multiformesq3 rerũ differẽtias/ et ad vitam necessarias per se monstrat. Nam omĩa corpa colore participãt. et sensibilia cõmunia magis hoc sensu pcipimus. Auditus autem solos sonos et vocũ varietates per se ostendit: que pauca sunt. Soni enim paucis conueniũt et voces ppauca eliciunt. Visus igitur ad plura per se dinoscenda et ad necessaria: secundũ se melior/aptiorq3 habetur. Sed quod auditus ad plura per accidens valeat hinc cognoscitur. Nam auditus et discipline et prudentie plurimũ cõfert. Sermo enim solius auditus est ex quo omniũ paritur disciplĩa: et non modo sonorum et colorum. non quidem scdm se sed scdm accidens. Constat siquidem sermo ex nomibus: quorum vnũquodq3 Symbolum est/atq3 signum. Ut enim vox vnicuiq3 rei sit signum: apte imponi cognoscitur. est igitur auditus

6 per accidens plurium. ¶ Correlariũ. Unde fit vt a natiuitate ceci: sapientiores euadant a natiuitate surdis atq3 mutis. Est enim (vt dictum est) auditus sensus discipline. Sed de his hactenus.

Secundi cap. note.

¶ Defluxus/Atomorum resolutio.

Ecundū cap.cōtinet quinqȝ ꝯclusiones. duas ratō
nes ad secundā.duas rōnes ad scđam ꝑtem tertie ⁊
vnū correlariū ad quartā.¶ Prima cōclusio.de or 7
ganoꝝ sensuū natura incūbit determinatio. ¶ Nam antiq̄ ea
aptabant elementis.Sed cum elementa sunt q̄tuor:sens⁹ ve
ro quinqȝ hoc ipsis īgessit difficultatē:cuinā quītū sēsuȝ ap
tare posset.Uidēdū vtiqȝ expediet an equa eoꝝ aptatio fue
rit.¶ Scđa.Nō ꝓbanda est eoꝝ sentētia:qui visū ignē eē po 8
suerunt:vt Timei ⁊ Empedoclis.ꝙ cōstricto ⁊ moto oculo
videat̄ oculus vt ignis fulgere.¶ Primo.quia si ignis ille
quē ponūt in oculo visibile esset:eadem rōne videri deberet
oculo q̄escente atqȝ oculo moto. aut cām adducāt cur poti
us illic ꝙ̄ tunc.Non autē ita videt̄.nam sentientē ⁊ videntē
non lateret.Nō est igitur ignis. Sed instabunt cur ipso mo
to igit̄ apparet fulgor:⁊ ipso q̄escēte nō. Facilis et ꝓmpta
respōsio est.cām huius nō esse ignē:sed ꝙ leuia corpora mo
ta vt aqua:nata sunt in tenebris fulgere.nō quidē lucē emit
tere.Ita pupilla oculi que in medio oculo nigra appet:hūc
in modū leuis est:que in tenebris mota ⁊ cōstricta fulget.et
pars a parte deprehendit̄:queadmodū in refractione solet.
et hinc duo aut plura videre apparet.¶ Scđo.dicunt ipo i-
gne exeunte(queadmoduȝ lumine a lucerna) nos videre .ḡ
videre deberemus in tenebris.Et potissimum ignis ille ī te
nebris deberet nobis ꝙ̄ in luce:patentior ⁊ aptior fieri.qñ-
quidē pu⁹ ignis se magis in tenebris ꝓdere soleat:vt torris/
vt flāma.Id aūt sub tenebraꝝ opacitate mīme adhuc conti
gisse conspectuȝ est.Non est igitur oculus ignis:neqȝ ab eo
¶ Responsio.Ut hanc diluamus questionem id operepreciũ est ꝑnoscere:exteriore sensu moto simulcra quedã vt picture/ vt sigillorũ imp̃ssiones in corporea parte sensui interiori famulante afformari atqꝫ reponi.quoꝝ memoriam diximus habitum aut passionem esse:et ad que vt ĩ arca/vt in ꝑmptuario/ thesauroqꝫ recondita ꝛ ad functiones illas seruata: se imaginandi virtus conuertit quotiens meminisse memorariqꝫ volumus.Sed ex his videri potest memoriam afformati simulacri esse:et non rei absentis Primo quia si memoria ita fieret:ipsa sentiendo fieret. quod autem absens est nõ sẽtimus:sed qđ sensui obiectum/pñsqꝫ est. Secundo.q̃a spẽs simulacraqꝫ quibus memoramur:picturis ꝛ figuris similia fecimus.Hoꝝ autem est sensus.et memoriã parans hec ĩtuetur:et non absentia.Tertio.qua rõne dicas memoriã absẽtis esse/vimqꝫ illam interiorẽ: rem absentẽ memorari.eadẽ ratione rem absentem ꝛ videre ꝛ audire cõfiteri licebit. Et cum quis rei preterite intuaꝛ imaginem vt animal in tabula pictum.¶ His hanc subnectimus responsionẽ.Sicut idẽ est quod in tabula depictũ est et animal vt imago:nõ tamen amborum eadem ratio ẽ:ita idem est qđ in nobis phãtasma est ꝛ quod alterius est imago:ratio tamen altera est.Nam vt secũdum se consyderatur/spectaturqꝫ:phantasma diciꝛ quẽadmodũ qui solam in pariete picturã vt Corisci imaginem intuetur et nunq̃ nouerit Coriscum. et animal pictum vt tale animal.vt vero ad id cuius est ipsũ cõferimus atqꝫ comparamus:nõ sc̃dm id quod est sed vt imaginem apprehendimus.Itaqꝫ cũ memoramur:ipsum phantasma nõ vt spectꝝ et phantasma:sed vt imaginẽ absentis rei deprehendimus Hinc potius rei absentis q̃ nobis pñtis simulacri:memorari dicimur.¶ Primum correlariũ.Hinc fieri dinoscitur cur ii
debilis ꝛ infirma sit memoria iis qui egritudinibus/aut etatis fluxu:in motu ꝛ agitatu cõtinuo sunt. et quibus frigidi/duriusculi ꝛ corneoli sensus existunt.Nam motus disturba

tio:simulacri impressionem impedit.perinde atq3 si sigillu3 in currentem ānem demerseris:effigiem non relinquis. Et nimis frigidi:vt antiquata edificia(quibus picture/imagines q3 ob vetustatem oblita atq3 deleta sunt)simulacris seruandis sunt inepti. Durorum vero et corneorum sensuū: impressionem ob rigorem et duriciam(vt neq3 lapis sigilli effi
12 giem)non admittunt. ¶ Secundum proinde etiam tam qui infantilem etatem degunt/ q̄ȝ qui extremum senium:obliuiosos esse necesse est. Illi enim propter augmentum in continuo motu agitatuq3 sunt:hi vero propter decrementum.
13 ¶ Tertium. Qui etia3 cite velocisq3 apprehēsionis existūt/ quiue nimium hebetes atq3 tardi:male memorari consueuerunt. Illi quidem q̄ plus equo humidi sint:phantasma non retinent. Hi vero q̄ duriores equo:impressione3 non recipi
14 unt. ¶ Quartum. Rursus frequenti vsu euenit vt cum rei p̄terite nos subit recordatio : dubii ancipitesq3 simus an rei ita facte memoremur: an alia occasione nos sentire cōtigat. Nam phantasma plerūq3 fit vt imaginabile solum:aliquando vero vt imago ꝛ memorabile. Cum autem vt imaginabile solum apparet:incerti sumus an tale aliquid factum viderimus/aut audiuerim⁹:ꝛ discursu/rō cinatōeq3facta plerq3 nos reminisci contingit/ꝛ huiusce rei deprehendere certitudinem:ꝛ ipsum vt alterius cognoscere imaginem. Cōtingit etiam contra plerūq3 vt cum rem factam nōnulli intuiti nō sint sed phantasma:se rei ita facte memoratos putēt. quēadmodum in Antipheronte ꝛ iis fere(qui extasi ꝛ excessu mentis aguntur)accidit. Illic enim phantasma vt rem factā narrāt. Et hoc est cum phantasma non vt phantasma ꝛ imaginabile solum consyderent: sed vt imaginē:cu3 res ita facta nō fuerit. Cum vero ipsum vt imaginē capiant/factaq3 res ita
51 fuerit/ꝛ credūt se memorari:ꝑcul dubio memorant. ¶ Octaua. Meditationes reminiscendo memoriam confirmant/ tuentur/et saluant ¶ Meditari enī hoc pacto nichil aliud est: q̄ȝ crebro imagines repetere atq3 recurrere vt imagines:et non vt in se spectra/simulacraq3 sunt. Id enim faciendo:ꝑmanentior/diuturnior/promptiorq3 paratur memorie habitus. Meditationes igitur memoriam tuentur et saluant. Sed de memoria quid sit et cuius sit(est enim primi/ precipuiq3 in nobis sensitiui)satis/abundeq3 diximus.

¶ Meminisse/memorari. ¶ Pomilio/Nanus. Pomilio latinum. Nanus grecum.

Ecundum cap. continet decem conclusiones. quatuor questiões post quartam. tria correlaria ad primam questionem. vnum ad secundam. et tria signa ad decimam. ¶ Prima conclusio. De remiscentia nũc agendum est. ¶ Nam post expletam de memoria determinatione: sue determinationis locum requirit. Et prius ea ponemus que cõmunibus/ventilatisq; rationibus: de ipsa vera esse comprobata sunt. ¶ Secunda. Reminiscentia neq; memorie resumptio/neq; discipline assumptio est. ¶ Memorie quidem resumptio non est. Nam ea optime fit semper presente habitu/nullaq; facta obliuionis interuentione: nõ autem reminiscentia. Neq; quidem discipline assumptio ẽ. Nam cum quis primum discat/disciplinãq; de recenti accipiat: non resumit memoriam: neq; vnam quidem. neq; simul memoriam accipit. Nam memoria habitus aut passio est: cum factum fuerit tempus. Atqui reminiscentia non sine memorie resumptione fit: fitq; simul cum ea memoria. Non igitur erit reminiscentia discipline assumptio. Et licet eorum que nunc scimus memorari contingat per accidens: non tamen per se contingit vt nunc scita. non enim factum est tempus. sed memoramur nunc: aut vidisse/aut audiuisse/aut passum fuisse/aut aliquid simile. ¶ Tertia. Plura ad reminiscendum ꝙ̃ ad discendum ⁊ memorandum requisita sunt. ¶ Nam cum fit habitus: discimus. et cum saluo habitu alicuius eorum (que facta fuerunt) recordatio subit: memoria parit. Jd aũt remiscentie nõ satis ẽ: sʒ ⁊ meõriã ꝑcedere ⁊ memoriã sequi oportet. Fit eñ cum preteriti alicuiꝰ memoriam ꝑtim tenemus: partim vero memoria excidimꝰ/oblitiq; sumus. et cum ex parte illa sana iterum in oblite/menteq; collapse partis: in memorie resumptionẽ atq; discentiam venimus: tunc reminiscentia facta est. Contingit siquidem eundem bis idem discere ac inuenire. itaq; bene dictũ est memoriam precedere: non quidem omnino sʒ partim/memoriãq; sequi. nam simul resumitur non quidẽ omnino: sed quod a mente collapsum fuerat. Differt igitur re-

16 (beside "ad decimam... nũc agen")
17 (beside "esse comprobata sunt...")
18 (beside "aut passum fuisse...")

miniscentia a memoria & a doctrine perceptione: quia plurium egeat.
19 ¶ Quarta. Reminiscentia ex rerum natura nascitur. ¶ Nam motus anime ita se habent vt alter alterum consequio trahat: vt hic motus post illum fiat. Quod si ex necessitate id fuerit: quo modo ignem sequitur calor et lumen splendor: et illius memineris: et huius te meminisse necesse erit. Si contingenter vt ex consuetudine: vt plurimum ex primo moueberis in secundum: et ex secundo in tertium. Et qui velocius consuescunt consuetudinemque sibi parant (vtpote qui semel motu facto) memorari/reminiscique aptiores sunt. qui vero tardius vt qui pluribus motibus factis: ineptiores habentur. Contingit enim quosdam semel videndo magis/ diutiusque memorari: quam alios eisdem compluries visis. Ex tali igitur rerum ordine facile memoria paratur. Cum enim reminisci volumus mens ab aliquo primo excita in alterum secundum consuetudinem fertur: et iterum in alterum. inuestigamusque meditantes: nunc a simili/ nunc a contrario/ nunc a distante/ nunc a propinquo. Et cum ad motum rei quam querimus deuentum fuerit: reminiscentia paritur. Et cum ab hoc inceperit aut ab illo: motus plerumque eosdem inuenit/ quandoque diuersos/ quandoque totos/ quandoque partim. cum vero ab illo inuestigare occipit: reminiscentia nulla paratur: quia non perducit suorum consequio motuum ad id quod petitur. at cum ita non inuestigat sed aliunde orsus: consequitur quod desiderat/ reminisciturque. Primo enim habito: cetera nexu quodam et quasi vinculo colligata ad seriem confluunt. ¶ Prima questio.
20 Sed questio incidit cur plerumque eorum que procul/ multoque distantia sunt tempore: bene reminiscimur: eorum vero que prope sunt vt que hesternus peperit dies: reminisci nequimus?
¶ Hoc certe mirum non est: neque aliam quam diximus adducere oportet causam. Nam ea que a nostro Atomo procul absunt et que multo ante didicimus: quodam accepto motus initio in memoriam se reuocare solent. Habito igitur illorum principio: cui connexa et consequentia sunt: que ad illa perducunt (quod ex consuetudine diximus euenire) procul absentium reminiscimur. Non habito autem eorum principio que prope sunt: ad que: connexa et consequentia nos perducant: eorum haud
21 quaquam reminisci possumus. ¶ Primum correlarium. Hinc fit vt omnis reminiscentia principio ex quo pendet habito: citissime/ optimeque

absoluatur. Sicut enim res secundū consequentiam adinuicem sese habent: ita et motus. ¶ Secundum correlarium. 22
Fit etiam vt que bona ordinatione/dispositioneqȝ diligenti notata sunt: facile memorentur. que vero confuso ordine in vnum congesta et cumulata sunt: difficile. vt Mathematica quod ordinem/bonāqȝ seriem seruent: facile sunt remīscibilia.
¶ Tertium. Ex quo etiaȝ cognoscitur differentia inter reminisci: et iterum discere. Nam qui reminiscitur: a seipso mo 23
uetur. et ex principio quodam incolumi inuestigat connexa et iuncta principio. Qui vero discit: nō ab se mouetur sed a preceptore docenteue. neqȝ quidem adhuc memorat. ¶ Se 24
cunda questio. Cur querentes reminisci: id non possint? q̄rentes etiam aliquādo possint? ¶ Id euenit cum multa reuoluūt/motusqȝ efficiunt: neqȝ veniant ad eam motionē ad quam remīscētie motus sequatur. tunc enim reminisci neq̄unt. Cum vero accepto principio ad eam perueniant motionem: possunt. Reminiscunt em̄ (quēadmodum dictum est) q̄ talem habent facultatem et tale auspicātur principium: cuius nexa et consequētia ad motionē rei petite perducant. ¶ Cor 25
relarium. quo fit vt qui ad reminiscentiā celer esse cupit: pn cipium tale sumere debeat cui loci respondeant. Locos dicimus aut coniugata/similia/aut contraria. Nam id causa erit: vt cito in memoriā alterius veniamus. Exempli causa. ex lacte venimus in candorē/ ex candore in aera/ ex aere in humorem/ ex humore in autumnū/ ex autūno in brumā. hoc em̄ tempus supponatur esse quesitum. Et in om̄i genere: qd in medio est aptum videtur posse sumi principium: quo inuento facillima compertu sunt reliqua. vt si his litteris a/b/c/d/e/f/g certe respondeant notiones: inuenta media littera d si non est que petitur: ad e/ad f/ ad g peruestiganda te conuertas. quarum si nulla est quam queris: retro facile te conuertis ad c/ad b/ad a: vbi quod queras inuenire possis. ¶ Tertia questio. Cur ab aliquo principio orsi etiam 26
apto: aliquādo remīscamur? aliquādo vero mīme? ¶ Hoc ideo est quod diuersa connexa habeat consequentia: quorū hec ad petitum perducunt: illa vero mīme. rapimurqȝ ad id ad quod maior nobis consuetudo facta fuerit. Ut si d pncipiū ē pducēdi ad f et ad a: si maior vsus et ↄsuetudo vt ab ātiquo tibi fuerit moueri ex ip̄o d ad a q̄ȝ ad f: rapier ad meōrand

a et non f. Quod enim ab antiquo non est: inconsuetius est. ipsaq; consuetudo iam vt natura quedam est. Et que freq̄n ter intelligimus: cito reminiscimur Et sicut natura hoc post hoc est: sic et operatio huius post hoc facit consuetudinem/ naturamq; parit. ¶ Quarta questio. Cur reminiscendo ob-

27 errare contingit. ¶ Sicut in his que sunt a natura oberra-re contingit: et aliqua temere et a casu euenire: Ita et in re miniscentia accidit et natura / et consuetudine quesita. et magis in his que consuetudine: vbi non apte consequen-tiam seruant oberramus. vt cum alicuius remiscivolumus alterum pro altero (q̄ similitudinis forte nomen subeat) ac-cipimus. vt cū Protagore reminisci laboramus: Pythago re nomen subit/ credimusq; bonam nos reminiscentiam fe-

28 cisse: fallimurq; atq; erram⁹. ¶ Quinta conclusio. Ad me-morandum et reminiscendum: summopere tempus nosse oportet. aut vt certa/constitutaq; mensura definitū: aut vt ī certum atq; indeterminatū ¶ Alioquin nos non potius me morari aut reminisci dicere possumus: q̄ qui phātasmatib⁹

29 vt phantasmata sunt: illusi falluntur. ¶ Sexta. Uis interna sensualis latens: cōprehensis spectris iudicat de tēpore sta-tuto/incerto/pluri/minori: nullo foras egresso. queādmodū credebant radiis ab oculis emissis visionem fieri. ¶ Nā de hac virtute: ꝛ intelligentia idem subit iudiciu;. Intelligētia autem magnitudinem statutā/incertā/maiorem/ minorē pro spicit: nichil extra fundendo/mittendoq;. Nam non minus magnitudine nō existente eā ꝑspicit ꝛ cōsimili notione ꝛ mo tu mouetur: atq; magnitudine p̄nte. ꝛ ꝑ nutu ipsam app̄hen sam: aut maiorem/aut minorem/aut intra/aut extra effingit. facit igitur imaginandi virtus in sua sede de tempore iudi-cium: non egrediendo aut aliquid foras ꝓfundendo. ¶ Se-

0 ptima. Modus qui rebus ꝛ notionibus accōmodat: cōsimi-li proportione tempori accōmodandus est. ¶ Nam vt mior res se habet ad maiorem: ita minus tempus ad maius. et vt tota res ad totum tempus: ita partes ad partes.

Trigoni rerum memoran darum ꝛ temporum.

Ut esto a b c temporis triangulus quem equidistantibus li
neis in signis d/e/f/g seco. Esto deinde h i k minor triangu
lus rerum: quarum simul cum tempore notiones coappre
hendimus. Sicut enim k h et h i ad k l ⁊ l m: ita quoq; c a
et a b: ad c d ⁊ d e. Et qui apprehendit k l: simul apprehen-
dit k n. et percurrit tempus c d ⁊ c f: ipsum simul sentiens.
Et ita semper ꝓportione quadam: particulis trianguli reꝝ:
trianguli temporis particule respondebunt. Modus igitur
rebus/notionibusq; accōmodatus: simili ꝓportione ⁊ tem-
pori accōmodatur. ¶ Octaua. Contingit dupliciter labi et
a recta memoria ⁊ reminiscentia deuiare. ¶ Nam cum rei pa 31
riter ⁊ temporis fit motus ⁊ apprehensio: recta memoria ē.
Cum vero id putetur fieri ⁊ non fiat: recta excidit memo-
ria. Quēadmodum si Xenocratis memorari putas: cum nō
Xenocratem sed Xenophōtem tenes. Itidem recta labitur
memoria: cum te memorari nō putas similis somnianti: cū
tamen memoria sit. Et cōtingit rei cognite modo certum tē

pus adhibere: vt cum memini me aut heri aut nudiustertius exercitasse. modo vero indefinitum atq; incertum: quēadmodum plurimi rem factam memoria tenentes dicere consueuerunt. factum memini: sed quando nescio: q2 definitam certam temporis mensuram non cognoscant.

52 ¶ Nona. Reminiscentia a memoria differt. ¶ Primo q̄dez differt. q2 bene reminiscentes: cōiter male memorari (vt pri⁹ diximus) cōsueuerūt. ꝛ memoria reminiscentiā tp̄e p̄euenit

53 ¶ Scd̄o. q̄a reminiscentia solis hoībus cōcessa est ¶ Decia Reminiscentia passio corp̄alis est ¶ Huius multa sūt īdicia ¶ Primū q̄a (q2 phantasmate egeāt) cōtingit quosdā plerūq; turbari: cum reminisci nequeant. vt melancolicos (quos maxime phantasmata mouent) cū diligentia atq; attentione reminisci conantes: ꝛ non potentes quidez: neq; corporeos motus sedare. vt neq; qui lapidē pepulit sue amplius potestatis ipsum sedare non est. Turbant etiā plurimū q̄bus sēsorium humidū est: q2 (ipso agitato) non quiescat: donec oēs motus vt in rectū p̄cedentes absoluant. Facile enim motuz recipit ꝛ hinc modica ira aut metu tentati statim excādescūt aut accrescit timor vltro: q2 motus sedare nequeāt inceptos Estq; hec affectio p̄similis melodiis. vt cum cantores emodulati sint: ipsis silentibus ꝛ nolentibus concentū reddi: concentus iteꝝ reddit/atq; iteꝝ audit harmonia. ¶ Scd̄m. Superiora grossa habentes: peius aliis memorari solent. multam enim grauitatem h̄ūt: acceptoq; p̄ncipio haud recte ob sensorii diffusionem ad id quod reminisci laborant p̄cedūt. ¶ Tertiū est q2 senes ꝛ pueri male memorant atq; remīscūtur illi ob decrementi motuz: hi ob motū augmenti. Sūt enī pueri ad longā etatem Nanis (quos Pomiliones dicimus) persimiles. Sed quid memoria/cuius parti anime sit/cuius sit obiecti/que animalia memorentur. Et eadem de reminiscentia abunde dictum satis sit.

Libri de memoria et reminiscentia Aristotelis finis.

Tabula libri de somno et vigilia.

De somno ⁊ vigilia hec eẽ inquirenda.quid sint/cuius sint/ an corpori ⁊ anime cõmunia. 1
Ad eandem animalis partem:somnũ ⁊ vigiliam ꝑtinere 2
Somnũ ⁊ vigiliam neqʒ corpori neqʒ anime ꝓpria esse: sed vtrisqʒ cõmunia. 3
Que solam vegetandi virtutem habent:neqʒ somni neqʒ vigilie esse capacia. 4
Nullum animal semper dormire aut semper vigilare: neqʒ nũq̃ dormire aut vigilare. 5
Qꝫ animalia omnia gressilia/volatilia/natatilia:somno participent. 6
Nulli plantaꝝ:haꝝ passionũ alterã attribui posse. 7
Animalis in somno oẽs sensus esse ligatos. 8
Somnũ ⁊ vigiliã passiones esse tactus. 9
Somnũ non esse:sensus sine operatione esse/neqʒ nõ vti sensibus/neqʒ oẽm sentiendi impotentiam. 10
Somnũ:salutis aĩalium gratia existere. 11
Vigiliam maxime finem attingere 12
Qꝫ omni aĩali somnꝰ ex adiũctione necessarius existat. 13
Precipuũ somni effectiuũ in sanguine preditis esse cor: in exanguibus vero aliquid cordis emulum. 14
Non oẽm sentiendi impotentiã esse somnũ:sed eam quam prestat alimenti euaporatio. 15
Somnũ maxime a cibis ꝓficisci. 16
Qꝫ pueris ⁊ nutricibꝰ epota vina nõ conducant. 17
Somniculosos esse:occultas habentes venas/Pomiliões/ et qui capite sunt pregrandi. 18
Ediuerso venas patulas habentes ⁊ melancolicos:soporulentos non esse. 19
Quid somnus. 20
Quomodo post cibum altiores somni ingruant: ⁊ cur vina soporifera sint? 21
Animal expergisci cum concoctio absoluta/ad finẽqʒ deducta fuerit. 22
Post hec de insomniis agendum esse:et cui anime parti sint asciscenda. 23
Insomniũ non esse sensus passionem. 24

Insomnia: intellectiue parti vt affectiones/ opinionesue q̄s dam asciscenda non esse 25
Insomnia sensualis potentie passiones esse: quatenus imaginaria/ Phantasticaue est. 26
Quodlibet sensibiliū genus: vnde somniare possimus prestare. 27
Sensibiles formas aliq̈diu i exterioribus sensuū opificiis: ipsis etiā sensibilibus abiūctis remanere. 28
Sex huius rei signa. 29
Sensum paruorum sensibilium differentias cito p̄sentire & nō modo intus: sed & extra aliquid agere. 30
Qui aliquo affectu perturbationeq; aguntur: facile circa sensibilia oberrare. 31
Pro qualitate perturbationis atq; morbi: hunc errorē maiorem minoremue esse. 32
Non modo p̄cipuam sentiendi vim simulacris in vigilia: sȝ & impensius & acrius in somno feriri. 33
Interdum in somno limpida fieri somnia/ interdum turbulenta/ interdum nulla. 34
Nos semper insomnio falsum iri: nisi in nobis particula ea qua somniamus sup̄ior esset. 35
Sicut vigilantes ob p̄turbationes falli contingit: ita & nos sepiuscule in somno falli. 36
Quid somnium. 37
Cur sint q̄ nūq̄ quicq̄ sōnient in vita? & sint qui ad multā etatem nūq̄ somnient? 38
Diuinationē esse (que a somniis cōtingere solet) neq; p̄tinaciter obsistendū: neq; temere assentiendū esse. 36
Diuisio somniorum 40
Quedam somniorum pro causa/ quedā pro signo/ quedam pro accidente haberi. 41
Somniorum q̄plurima mendacia esse. 42
Non fieri vt somnia celitus aliquo inspirante deo: missa sint. 43
Non esse mirum pauca euadere facta: eorum que in somno conspiciūtur. 44
Si quando somnia (quorum principia non habemus) nobis alicuius euentus prenuncia sint: hoc fortuito & nulla rōne nature cōmitti. 45

Hanc passionē inertibus atq3 idoctissimis euenire. 46
Cur quidā mentis excessu tentati futura ꝓdicāt. 47
De amicis ꝛ notꝭ maxie recta sōniare euenire. 48
Melancolicos ad diuinandū ꝛ coniectandū futura: ꝓpensi oris esse nature 49
Optimū sōnioꝝ cōiectorem eum esse:qui acutius reꝝ imagines ꝑspicere atq3 discernere valet. 50

Jacobi. F. Stapuleñ in librum de somno ꝛ vigilia et de diuinatōne per somnia Aristotelis ꝑaphrasis

Primi cap. primi tractatus libri de sōno et vigilia note. ¶ Feditas/turpitudo.

Liber de somno ꝛ vigilia duos cōtinet tractatus. Primus tria cap. Primū sex cōclusiones. duas rationes ad secundā. vnū correlariū ad 𝔱tiā3 et duas rōnes ad q̄rtam. ¶ Prima cōclusio. De sōno ꝛ vigilia hec se cōsyderāda offerunt: quid sint/cuius sint/an corꝑi/an aīe ꝓpria/an cōia/cur aīalibus accidant/an omnibus/an aliqua solo somno/aliqua sola vigilia/alia vero neutro potiant̄/q̄d insōniū/an dormientes interdū sōnient/interdū non/an potius semꝑ sōnient s3 quiete soluta nō meminerint/an in q̄ete cōtingat futura preuidere: ꝛ id soli hoī accidat/ꝛ id: an natura/an temere ꝛ euentu aliquo eueniat/an deus aliq̄s cā sit. 1
¶ His enī determinatis: sufficiens de sōno ꝛ vigilia determinatio (quēadmodū polliciti sumus) facta esse videbit̄. ¶ Scd̄a 2
Ad eandē aīalis ꝑtem: somnus ꝛ vigilia pertinent: ¶ Prio quia opposita circa idem subiectū fieri vident̄/ eiusdēq3 eē passiones. Et id verum est tā in iis que arte/ q̄3 que natura constant. Eiusdem enim sunt visus cecitas/auditus surditas/pulcritudo feditas/ sanitas egritudo/ robur debilitas. Atqui somnus et vigilia op posita sunt. Est enim somnus vt priuatio quedam vigilie. Ad idē ig̅r ꝑtinēt sōnꝰ ꝛ vigilia. ¶ Scd̄o. q3 quo argumēto aliq̄d vigilare cognoscimꝰ: eodē cognoscimꝰ ꝛ dormire. at aliquē vigilare deꝑhēdiꝰ: cū extio

ris sensus fungitur officio/sentitq3. dormire vero: cum exterioris sensus vsu ꝑuatur ꝛ officio. Sensu igi tur somnū et vigiliam discernimus: habentq3 circa eandē aīalis ꝑtem (vt pote circa sensum) fieri.
3 ¶ Tertia. Sōnus ꝛ vigilia neq3 anime neq3 corpori ꝓpria sunt: sed vtrisq3 cōmunia. ¶ Nam sōnus ꝛ vigilia: ipsius sensus existūt. Sēsus autē: ꝛ aīe ꝛ corpori cōmunis habetur. Sensus em̄ actu: in corpore anime operatio est. Et quod ianime est: sentire ipossibile est. Sōnꝰ
4 igitur ꝛ vigilia: corpori ꝛ aīe sunt cōia. ¶ Correlariū. Hinc cognoscitur exploratū que solam vegetandi virtutē vt alendi/augendi/minuēdi (quēadmodū stirpes ꝛ plante) retineāt: neq3 somnū neq3 vigiliam obtinere. Nā ipsis: sentiendi ꝑticula deest: que longo interstitio a vegetatrice facultate distat: etsi etiam cognitū nō esset has vires subiecto ꝛ magnitudine distare. Solius aūt sentiendi ꝑticule: somnus ꝛ vigi
5 lia existūt. ¶ Quarta cōclusio. nullū aīal aut semꝑ dormit/ aut semꝑ vigilat: nullūq3 sensu preditū contingit aut nūq̄ dormire/aut nūq̄ vigilare. ¶ Primo. quia ꝛ somnꝰ et vigilia: passio est nata fieri circa idem vt primū sensum. Nō igit vna semꝑ fiet: altera vero nūq̄. ¶ Scdo. Quorcūq3 est naturale opus cuius si excessum fuerit tempus: defatiscunt et remittūtur vires: ipsu3 necesse est aliquādo deficere. Atqui oculi/aures/nares/manus/pedes a natura opus habent: cuius exacto tempore elanguescūt vires: ipm igr̄ aliquādo deficere necesse est. At vigiliā describunt sensuū solutionē: cū liberam suis functionibꝰ intendere valent operam. somnu3 vero ipsoꝝ ligamen/defectū/ꝛ impotentiā ob excessum vigilandi. Est tamen excessus vigilandi aliquādo ab egritudīe/ aliquādo sine egritudine: quare ꝛ similiter ipotētia duplex. quicq̄d igitur cōtingit vigilare: contingit ꝛ dormire. Nam semꝑ (vt dictum est) agere nō possunt. Et contra quicq̄d dormire contingit: continget ꝛ vigilare. Nam dormitio posterior: vigilia aūt prior ꝛ ꝓpria sensus operatio. quicq̄d igit
6 dormit: a somno excitabile est. ¶ Quīta. aīalia certe omnia: gressilia/volatilia/natatilia: somno ꝑticipant. ¶ Nam aq̄tiliū genera vt que molli crusta integunt ꝛ que Malacia nūcupant: sopora cernūtur. que vero duram/siliceamq3 testa3 habent: sensu adhuc perceptum non est an sopiantur. Ratione tamen id persuaderi potest. Nam omne animal sen-

sum habet. aial enim: per sensum habere diffinimus. Habet igit hec Ostracoderma/testeaqȝ cute contecta: sensum. Preterea. quicqd sensum habet: aliqn̄ sensus opatōem exercet: ⁊ aliqn̄ a sensus opatione deficit. Atqui sensus solutōem dixi mus vigiliā: eius vero vinculū somnū. Interdum igit vigilant ⁊ interdū dormiunt hmōi aialia. Gressilia autem manifeste ⁊ vigilare et dormire cōspiciunt: ⁊ pfectiora volatilia. Insecta itidem quibus molles sunt oculi: qbus vero corneoli ⁊ duri sunt oculi: itidem. Sed breues eorum sunt somni: quare cum dormiant: id sepenumero latere contingit. ¶ Sexta. nulli plantaꝝ: haꝝ passionū altera attribui pōt. ¶ Nā sōnus ⁊ vigilia solis sensu pditis cōuenire possunt. Plāte aūt sensum non habent. Quibus enim sensus adest: ⁊ delectatio et tristicia adest. Nulli autem plantaꝝ hoꝝ aliquid adest: igitur neqȝ somnus neqȝ vigilia. Et ꝙ ipsis assit nutricaria virtus hoc nichil arguit. Nam hec alendi virtus expeditius cō sopitꝭ q̄ꝫ nobis vigilantibus opa sua peragit: q̄si ad suas operationes: sensuum adminiculū non reqrat: qui poti⁹ quodam mō obsint. Non igit plante vt alant indolescāt / minuā turue: ope sensus egent. 7

Secundi cap. note.

¶ Pterota/pennata. Est enim Pteron/penna ¶ Bombus sonus alis insectorum vt vesparum /apium/eiusqȝ generꝭ similiū: elisus. ¶ Problemata cōdidit Aristotelis ex quibus librū cōfecit: q̄ nūc pblematū liber inscribit.

Ecundū cap. cōtinet sex cōclusiones. tres rōnes et
s vnum correlariū ad scdam. ¶ Prima cōclusio. Ne 8
cesse est aialis in somno oēs sensus esse ligatos.

¶ Nam aialium hec sensus omēs possident/hec aliquos solum vt gustū ⁊ tactū. Tactus enim oīm latissime fusus est/ hn̄tqȝ omnia aialia tactum vt in iis de anima dictum est. At sōnus in oībus cōsimili fit modo: ⁊ cum sūma immobilitate offundunt. ligant igit quotquot habeant sensus. Si enī das vnum ligari ⁊ alterum solui: soluto sentiet dormiens. sentiet igitur. hoc autem impossibile. ¶ Secunda conclusio. Somnus ⁊ vigilia passiones sunt tactus ¶ Primo qꝛ natura vnicuiqȝ sensuum: pprium aliquid deputauit. vt visui videre/ auditui audire: et nō modo hoc: sed q̄dam cōe/cōemqȝ potentiam oībus cōcessit: qua iudicat se videre/audire/olface 9

re gustare/tangere: qua discrimen albi ꝛ dulcis coloris ꝛ soni ꝛ diuersoꝝ sensibiliū genera discernit (Id em̄ nullus ꝑticulariū sensuū possit) potentia quidem vna ꝛ vnius sensorii. queadmodū in contēplationib⁹ de anima latius expressim⁹. Hec autē cum tactu maxime coniūgitur. vt a quo nūq̄ separetur: ab aliis autem separari possit. Sōnus autem ꝛ vigilia maxime sunt tactus: ob quem hec sentiendi particula oibus adest: qui et idem omibus vel solus adest aiantibus. Secūdo. si dormitio fieret q̄ omnes sensus imobiles fiant: pleraq; aīalia nūq̄ dormire necesse esset. cū nō oēs sensus hēant oīa: hoc aūt incōmod. ¶ Tertio. si nō ē necesse vt oēs sensus simꝉ sint in opa: ōnabilius contrariū accidere posse videtur vt vno imobili ꝛ impotente facto: alter nō sit ipotens. Principalius em̄ potiusq; sensus ad sentire: q̄ ad defectum se habent. Et q̄uis ita sit: tactu tamen (qui p̄mus est sensuū) sopito: compatiūtur posteriores/consopiūturq; omnes. Cum vero posterior aliquis impotēs fieret: nō oportet
10 eodem iure alios ꝛ hūc primū fieri impotentē. ¶ Correlarium. Ex his manifestum est somnū nō esse: sensus sine operatione esse /neq; nō vti sensibus/ neq; omēm sentiendi impotentiā. Sūt em̄ pleriq; anime defect⁹ vbi sensus sine operatione existunt ꝛ sine vsu. vt in quibusdā deliris ꝛ amentibus accidere solet. ꝛ dinuta ꝛ aliquo sensu capta aīalia: impotentiā sentiendi habent. ꝛ apprehensis nōnullis que ī collo sunt venis: collabūtur homies īsensibiles. et tamē hi oēs nō somno soluūtur/dormiūtue. Sed cum p̄mus sensuum et quo omia contingit sentire animalia: impotens factus est:
11 somnns est ꝛ nō aliorum vllo impotente facto. ¶ Tertia. Somnus: animaliū salutis gratia existit. ¶ Nam causarum hec materia/hec ratio/ hec efficiens/ hec vero cuius gratia est. ꝛ naturam alicuius gratia agere diximus: boni siquidez gratia. Atqui quecūq; nō semper continue moueri possūt: quies apta intercedit ad salutem. Animalia autē non semp sensibus vti queunt. Aduenit igitur ipsis merito aptus ad salutem somnus. Unde vulgo tracta est Metaphora vt sōnus requies dicaꝛ: quasi veritas: somnū quietis nomie cen-
12 seri cogeret. ¶ Quarta. Uigilia maxime finē attingit. Nam sentire ꝛ sapere finis est oībus: quibus vnū eoꝝ competit. nam hec optima sunt. Finis autē optimū requirit. Uigilia

autē hominum est: utpote brutis quo sentiant/ homini quo sapiat & prudentie inuigilet. maxime igit͛ vigilia finē attingit. ¶ Quinta. Omni aīali somnus est necessarius: nō quidē oīo 13
sed ex suppositione atq3 adiunctione: si naturā suā sequi/ saluariq3 debeat. ¶ Nam si aīal se īstaurare & saluare debeat: aliqua ponere quibus alia subinde sequant͛ necesse est. vt si se saluat: ipsū ali op3. Si alat͛: e cibo vapores sustolli necesse est: ex quo necessario cōsequit͛ somnus. omni igit͛ aīali necessarius est somnus: non q̄dem oīo sed ex appōne si seipsū saluare debeat. ¶ Sexta. Precipuū somni effectiuū in sangui 14
ne preditis est cor: in exanguibus vero aliq̄d cordis emulū ¶ Nam id principiū somni est: qd aīalium principiū est motus. Sanguinē autē hn̄tium cor capitis/ vētrisq3 situ mediū principiū est motus. hn̄t enim omnia sanguine p̄dita cor: qd et refrigerio eget. Non hn̄tium autem sanguinē aliq̄d emulum cordis. Hn̄t eni sanguine carentia vt insecta/ totipēnia/ vt vespe/ apes/ musce (q̄ Pterota dicūt) aliq̄d vice cordis: et spiritū interiorē atq3 congeneum: quo se nunc attollunt: nunc vero contrahunt. respirantibus autē & sanguineis: spiritus ille de foris est. Q̄ vero insecta pennata illa volandi strepitum et bombos elidant: hoc est attritu aeris ad circundantem mēbranā. Motum itaq3 habent circa primum & sensus & motus effectiuum omnia: aut a proprio & cōgeneo spiritu aut ab alieno. Est itaq3 notum cor aut cordis emulum: esse somni principium: et non modo somni: sed et vigilie etiam principiū est. Sed cur dormientes agitatione corpis se moueant & multa vigilantibus p̄similia opera faciant: cū id sine phantasmate & insomnio non fiat: postea dicturi sumus Cur vero experrecti insomniorum meminerint: non autē meminerint operum que vigilantibus similia patrauerint: in problematis causam adduximus. Tertii cap. note

¶ Euripus pars maris inter Phocidē & Euboiā: qd septies in die/ & septies in nocte refluos fluctus agit: multis nouitate rei et causa nō satis compta admiratōem inducēs ¶ Opium ex succo papaueris in vmbra exsiccato fit vis sōnifice & si amplius sumatur mortifere. ¶ Herbe mandragore mas ē et femina cuius radicis & pomi grauis odor somnū inducit ¶ Temetū/ vinū ¶ Biliosi/ melancolici ¶ Intestinus/ interior. ¶ Bilis atra/ colera nigra. ¶ Pituita/ est a cerebro hu

moꝝ distillatio/atq; defluxꝰ qui si fluat ad nares Coryzan dicunt:nos mucum narium.si ad fauces dicunt Branchon: nos raucedinem.Ad pectus catarrō.Ad latus pleuresin.et ad pulmonem ptysin. ¶Lethargus morbus obliuionem ⁊ pene inexpugnabilē dormiendi necessitatem inducens ⁊ celeriter nisi succurritur iugulans.¶Comitiali morbo homo subito concidit ⁊ ex ore spume mouentur ⁊ sepius viros q̄ꝫ mulieres occupat/vt C Celso placet.

Ertium cap.continet q̄tuor cōclusiones.duo correlaria ad primam.diffinitionē somni:vnā questionē: tres vulgatas responsiones ⁊ quartā ꝓpriam post tertiam. ¶Prima ꝯclusio. non omis sentiendi impotentia censenda est somnus:sed ea quā prestat alimēti euaporatio. ¶Nam manifestū est cum animal sensuꝫ habeat/subindeq; ⁊ vegetandi virtutem:ipsum a principio nutrimentū suscipere ⁊ augmentum . Nutrimentum autem omnibus id est: quod concretione/p̄parationeq; fuerit vltimū.vt in sanguinem habentibus:sanguis in exanguibus vero:quod sanguinis vicē gerit.locus autem ⁊ conceptaculū sanguinis sūt vene:quarum p̄ncipium cor existit. vt ex determīatione Anatomie(quā membroꝝ dissectionem dicunt)dilucere potest.⁊ susceptum alimentum in ordinatum ventriculum euaporat ad venas.vbi(vt aiunt)in iecinore permutatur/tingiturq; ī sanguinem:a quo rursum fluit ad cor vbi completissimam/ī absolutissimāq; sanguinis naturā accipit. a quo per venas diffunditur et vnicuiq; parti(vt oportunū est) distribuitur. Sed quid hoꝝ sit:in libro de alimento abunde disseruimus. Atq; dum hec geruntur/ciboq; in vaporē soluto:vapor ille sustollit(Om̄e ei tale qđ aīalibꝰ inest calidū : natura ī sublime fert)mō cerebri frigiditate refrigerat ⁊ ꝯsistit. atq; iteꝝ Euripi more refluit ad cor:quo quid refrigerato obrepit sōnus.Obnubilāt em̄ sensus:fiūtq; suaꝝ opationū īpotentes. At cū demētia aut strāgulatōe(vt cū iugulariū venaꝝ ꝯstrictōe vt emortui ⁊ aīa defecti cadūt)ipōa sentiendi pueniat: nullꝰ(quēadmođ dixīmꝰ)appellabit sōnū: tāetsi ꝯtrouersia sit ipis vt emortuis iacētibꝰ:īsōnia/phātasmataq; fieri. Nā qui his grauissimoꝝ morboꝝ generibꝰ tentant ⁊ aīe extincte spēm gerunt:dicunt se multa vidisse. Sed dicimus . si cum morbo tententur contingat eos dormire : nichil prohibere insomnium et phantasma fieri . Si autem non dor=

mire cōtigat:neqꝫ q̇dē isōniū vllū eē pōt.Nō igr̄ ois sētiēdi
impotentia sōnus esse censenda est:sed ea quā alimēti vapor
ministrat.¶ Primū correlariū.Et hac quoqꝫ de cā maxime 16
sōnus a cibis ꝓficiscit̄.Nam a cibo multus vapor ꝛ corpu=
lentus educit̄ sursū.illic autē cōsistens grauedinē ꝑturit/sē
suūqꝫ langorem:q̇ cum se rursū ad cor obruerit atqꝫ recepe
rit:secum calorē repellens ꝓfundum gignit somnū.Qꝫ autē
ita capitis oculoꝝ ꝛ palpebraꝝ grauedinē faciat:indicia sūt
somnifera oia:siue esculenta sint siue poculenta. vt opium/
papauera/mandragore/temetuꝫ/fatigatio multa/morbus vt
febris et lethargus/infātia.fatigatio enim multa: dissoluit /
ꝑbetqꝫ dissoluta:vice incocti alimēti.nisi qd̄ liquat̄ frigiduꝫ
sit/sursūqꝫ non ferat̄. Et morbus potissimum qui ex calido
nascit̄ ꝛ humido:ꝙ mlt̄a excremēta humida sursū attollat.ꝑ
uuli aūt:ꝙ caput alioꝝ mēbroꝝ ꝓportione maximū habeāt:
totius/multiqꝫ alimenti(ꝙ illa etate augeant̄)capax. Pro=
pter hanc cām hec etas comitiali morbo(quā Epilepsiā vo
cant)aptissima est.Est enim epilepsia sōno ꝯsimilis. et q̇ ita
corruunt:cessante aīa ꝛ sensu dormire vident̄. Hac de cā hu
ius morbi initiuꝫ in sōno est.Et sunt qui in sōno hoc morbo
arripiunt̄ in vigilia autem non:ꝙ multus sursū cum alimen
ti vapore in somno spūs effertur:qui reciprocās/ spirituiqꝫ
alteri sursū alimentū attollenti obuians:venas intumescere
facit aīe ꝛ respirationis meatus occludens.Et hec spiritus
occlusio ꝛ strangulatio :comitialis/regius/ ac diuinus mor=
bus appellatur.¶ Scd̄m correlariū.Quaꝓpt̄ pueris ꝛ nu 17
tricibus non conducunt epota vina.Nam spumoso spū abū
dant:potissimū nigrum.Et paruꝫ refert an nutricule/an pu
elli ipsi vinum ebibant:nisi aqua dilutū sit/modicūqꝫ sumat̄
Pueroꝝ enim supiora plurimū cōtinēt cibum.q̄nquidē reli
qua:magnitudine ꝛ excremento(sicut dictum est) superant.
vt longo tempore caput cōtinere nequeant:ꝛ sex mensiū int̄
uallo collum rigidum et inflexibile habeant. Et hec cā esse
potest cur fetus ꝛ in matrice infans(quem embryon dicunt)
illic quiescat:suntqꝫ iterum pueri ebriis persimiles: ꝙ vtris
qꝫ larga humoris copia:superiora confundat.¶ Secūda cō 18
clusio.Sōniculosi sunt:occultas habentes venas/nani/ et q̇
capite sunt pregrandi.¶ Illi ꝙ ipsoꝝ anguste vene:eleuato
rum vaporum non facile prebeant remeandi descensum . hi

vero ꝙ capitis amplitudo:multam recipiat euaporationem
Grandia enim capita:exiguo oppleri nequeunt alimento/ꝑ-
16 uisq₃ exaturari copiis ¶Tertia. Ediuerso quoq₃ vene sūt
patentes/quiq₃ melancolici sunt:soporulenti nō sunt¶ Nā
horum amplitudo venarū:facilem prestat euaporationis re
lapsum/contrariaq₃ strictarum opatur:nisi altera itercedat
causa.Biliosi vero:ꝙ natura frigidi/pauceq₃(ob puum in-
testinum calorem)euaporationis existunt.Hinc auidi ⁊ eda
ces sunt:ꝙ cibo(quo vescuntur)non fruant̄.Nam bilis atra
digestiuum frigefacit locum ⁊ corpis ptes:vbicunq₃ existat
20 a quibus talis humor enasci debeat.¶Diffinitio somni.Ex
his liquet somnū esse quandā sentiendi impotentiā:alimen-
ti vaporibus in cerebro refrigeratis: interno multo calore i
corde reuocato atq₃ reciprocato.Nam dormituri(vt dictu₃
est)multus est motus:incipitq₃ vapor frigescere. Et cū ca-
lor ad ima retundit̄:frigescūt palpebre/frigefacte grauescē
tes decidunt/supioraq₃ in somno frigent ⁊ circunquaq₃ cor
poris extrema:interiora vero calent ⁊ corporis ifima vt pe
21 des.¶Questio.Quō post cibum altiores somni ingruant? ⁊
cur soporifera sint vina? Non enim id rōnabile videt̄: nam
somnus a frigida nascitur causa.hec autē sunt calida¶Hu
ic q̄stioni vulgatas adhibent solutiones. Hanc primū.sicut
venter inanis calidus est:cibus autem replens descēsu ipsū
efficit frigidū:ita capitis pori ⁊ loca:sursum lato vapore fri
gescunt.Deinde hanc.Sicut perfusus aliquo istillato vapo
re calido protinus inhorrescit/tremoreq₃ concutit̄: ita cali-
ditas sursum lata infrigidat.Et quod natura calidu₃ est: lā
guescere ⁊ quasi horrescere cogit.Tertiā hanc subiungunt.
Queadmodum grādi lignorum strue suffocat̄ ignis:ita mul
to cibo ingesto confundit̄ et hebetascit internus calor.et nō
prius sursum halat ꝙ̄ paulatim suppeditata et euicta ciba-
riorum copia.Sed vt diximus non ita euenit somnus. Eue
nit enim reditu corpulenti humoris:quem calor in sublime
per venas sustulerit.Cu₃ enim eo loci diutius immorari ne
queat:congelascens/aggrauansq₃ de capitis arce deorsum
pellitur.Et primum oculi marcentes decidunt et rectis ani
malia stare nequeunt vestigiis:sed vt deuacillent/corruant
q₃ oportet.Et solus homo stratus/affusus / euictus sopore
iacet:ꝙ animalium solus erectus incedat.et primum colla-

bitur quasi consternato animo sensum amittens omnē. De inde visis ꝛ imaginationib⁹ illuditur/tandē qꝫ obumbratur. ¶ Nos ergo hanc questioni adhibere possumus solutionē. cerebrum (queadmodum prius diximus) reliquarum corporis collatione partium frigidissimū esse. et que cerebrū non habent consimile esse: quod cerebri vicarium/ emulūqꝫ est. Et queadmodum in imbriū generatione cum vi solaris caloris subleuante vapores ad mediam illam frigidissimam aeris regionem pertingant: ingrossantur/ concrescunt/ iterūqꝫ frigore cogente subruūtur deorsum: ita vapor ad cerebrum viam capessens primum frigidus consistit: et qui salutaris et non morbificus fuerit: iterum relabitur deorsum et calorem cordis delatus cōtemperat atqꝫ refrigerat. Et ad seram euaporationē (queadmodū diximus) facit venaꝝ gracilitas. Et hec refrigerationis atqꝫ somni vniuersa occasio est. Quo vero vapore sublato densatū consistit/ incrudat/ excrescit: cerebro supfluū vt algidū flegma: insalubre est: Catarrū/ pituitāqꝫ faciens. ¶ Quarta. Expgiscit aial: cū concoctio absoluta/ad finēqꝫ deducta fuerit. ¶ Nam decoctione pacta impactus atqꝫ in āgusto constrict⁹ calor: circūfuso vapore emicat. Eo eñ ad supiora reuocato (vt priusqꝫ aial euictū sopore languesceret) expgiscit: et ad pristinā reuocat vigiliā. Et id certe nō prius fit (vt modo dixim⁹) qꝫ sanguinē purissimū a feculento ꝛ turbidissimo secreuerit: q̄ tenuissimus/subtilissim⁹/mūdissimusqꝫ sanguis capiti cōmittitur. Crassissimus aūt ꝛ corpulentissim⁹: mandat inferiorib⁹. Et omnis sanguinis cor ē principiū: trib⁹ munitū thalamis/specubusqꝫ. quoꝝ medi⁹ sanguinē recipit vtrisqꝫ cōmunis. Extremi aūt specus ac ventriculi: ab vtraqꝫ vena et maiore et minore (que Aorte nūcupat) sanguinē recipiunt. in medio aūt cordis sinu ꝛ thalamo: sanguinis discrimiatio fit. Sꝫ de his vberius alio differendū est loco. et id nouisse satissit qꝫ diu sanguis ex cibo indiscretus est: soporem manere. nec ante solui qꝫ sincerus superiora petessat: turbulentus autē inferiora. et tunc quoqꝫ expergisci animal. Sed que dormiendi causa/ quid somnus/ et q̄ primi sensus nexus sit ꝛ ligamen/ q̄ sine passionib⁹ somno ꝛ vigilia: esse nō cōtingat aial: quandoquidē ipse ad ipsius conducūt salutem: abunde dictum putetur. 22

Primi cap. Secundi tractatus note.

¶ Insomnium/somnium. ¶ Asciscenda/attribuenda. ¶ Sentiscere/sentire ¶ Visũ/phantasma/sensuale simulacrũ.

Secũdus tractatus.

cõtinet quatuor cap. Primum quatuor cõclusiones. quatuor rões ad tertiam. et duas ad quartã ¶ Prima conclusio. post hec
23 de insomniis agendũ est cui anime parti: insomniũ sit asciscendum / an intellectiue partis sit passio/an passio sensus. ¶ His enim duabus viribus tm̃ cognoscimus quecunq3 notione aliqua deprehendimus. ¶ Secunda. Insomnium non est passio sensus. ¶ Nã
24 sensuum officia sunt sentiscere sua sensibilia: vt visus colorem videre/auditus audire sonum/olfactus odorẽ dinoscere/gustus saporem/ꝛ tangibilia tactus. et cõmunia sẽsibilia numerũ/magnitudinem/figuram/motum/ꝛ quietem itidem internoscere. At qui dormiunt(quibus solis insomnia cõtingunt)oẽs sensus illos clausos/compssosq3 hñt. ita vt visus nichil cernere queat/auditus audire/neq3 aliorꝫ vllus. Non sunt igit insõnia passiones sensus. ¶ Tertia. Insomnia nõ
25 sñt intellectiue parti vt affectiones/opinionesue quedã asciscenda. ¶ Primo qꝛ non equum solum/nõ hoiem/aut alicuius rei esse solum:dephendimus:sed ꝛ q̃tum/albũ/pulchruꝫ et qualia sensu dephensa sũt. Id aũt in ptis intellectiue opinionibus:rerum esse/essentiasq3(vt alio dictum est loco)deprehendentis non euenit:nisi forte in sensus pñtia: qui in sõno ligatus est. Opinans pfecto neq3 verum esse dicet neq3 falsũ:hoiem esse album/magnum/venienteꝫ ꝛ similia cuius nullum hꝫ sensũ:que oĩa in somno videre videmur. Nõ igr intellectiue ptis sunt insomnia ¶ Secundo quia preter visa illa que obiiciunt in somno: solemus sepenumero q̃cq̃ aliud intelligere. queãdmodũ circa ea que in vigilia sẽtimus: iterũ cõsyderamus. Accidit enĩ multis aliqua pter sõniuꝫ ꝛ visa itelligere:qd experiri facile est iis quibus(quotiẽs surgunt)repetere sõniũ cure est. vt cui apparet thesaurꝫ iuenire priusq̃ expgiscat:sepe euenit ipsũ itelligere id eẽ insomniũ. ꝛ

memoretur ita alias se fuisse illusum. Non igitur est intellectiue partis insomniū. imo vero neqȝ quodcūqȝ somno deprehendimus: insomniū esse est manifestū. ¶ Tertio. qñcūȝ opinamur: nos opinari intelligim⁹ et scimus. non autē qñcū qȝ somniamus: insomniū esse cognoscim⁹. ¶ Quarto. sicut vigilātes in egritudinib⁹ decipimur: ita in sōnis decipimur insōnio. Et sicut vigilans sanus iudicat solem esse pedalē: ita in somno cū somniamus. Atqui vigilantes nō intellectu illudimur/solemue pedalem esse intelligētia iudicamus: sed potius virtute illa que vsum non habet absqȝ videre/audire/olfacere/gustare/tangere (quā imaginariā virtutē prius posuimus) siue eadem sit sensarie siue non. Non sunt igitur intellectiue partis passiones: insōnia. Non itaqȝ verū eē intelligere oportet: simplr positum fuisse in somno nos nichil sentire. Nam visu interiore/auditu/olfactu/ꝛ ceteris quodā modo vt vigilanti euenit sua sensibilia sentire: ꝛ vt adiacentia ꝛ sibi p̄sentia intueri. Quodāmō autem: vt vigilanti ꝛ exteriore sensu capessenti non contingit. Et iterum aliquādo qd insomnio apparet: mens/opinioqȝ falsum esse dicit/ iudicamusqȝ nos ludificari. aliquādo autē mente nō vsi: solum phantasma sequimur. ¶ Quarta ꝯclusio. Insomnia sensualis potentie passiones sunt: nō q̄tenus sensualis: sed quatenus imaginaria siue phantastica est. ¶ Primo. quia exterioris sensus nō sunt: neqȝ intellectiue partis passiones quedam aut opiniones. Relinquit igr̄ ipsa esse imaginarie virtutis que sensualis est. Diximus em̄ phantasiā atqȝ imagiationē: a sensu scd̄m actū motū fieri. Etsi idem numero imaginariū sensitiuo existat: esse tamen alterum ꝛ alterū: vt ex iis que in iis de anima dicta sunt abunde dinosci pōt. ¶ Secundo. Cuius somn⁹ passio est: ꝛ insomniū ad eandē ptinere potentiam videt idoneum. Atqui somnus sensitiue ptis existit. igitur insomniū sensuali potentie adigere par est. Et cū insomniū imago quedam ꝛ phantasma esse videat (Nichil em̄ aliud insomniū est: q̄ꝫ visū qd apparet in somno: siue simpliciter siue quodāmō factū) sensualis igr̄ partis existit nō q̄tenus sensualis: sed quatenus imaginaria siue phantastica est. 26

Secundi cap. note.

¶ Sensuum opificia/sensoria/organa.

S Ecundū cap. cōtinet qnqȝ cōclusiones ꝛ sex signa ad scdam. ¶ Prima cōclusio quodlȝ sensibiliū ge-
27 nus: vnde sōniare possimus ꝑstat. ¶ Nam eoꝝ pas-
siones ꝛ forme non solū dum in ꝓspectu sunt in sensoriis ha
bent impsse: sed ꝛ sensibilibus ipsis seiunctis atqȝ absētib⁹.
queādmodū cum quis alteꝝ pellit: quod pulsum pellit alte-
rū. ꝛ ita quousqȝ ad vnū ꝯtingatur quod pellitur ꝛ non pel
lit. vt liquido cōspicitur in aque motibus ꝛ aeris. Et sicut i
alteratione calefactū: ꝓpinquū calefacit: quod qdem calefa
ctum: alteri suum calorem inducit: quousqȝ decumbatur ad
vnū quod tantū calefiat: ita fit in sensu. hoc primū pellit vt
mediū. hoc vt foris prominens sensus. hinc interius sensua
le sensorium. vbi reꝝ (quas exteriore sensu hausimus) simu-
lacra: affixa atqȝ impssa sunt: cuiuscunqȝ sensus extiterit. qd
libet igitur sensibilium genus vnde somniemus ꝑstare pōt.
28 ¶ Secunda cōclusio. Non modo sensuales forme in centra
li ꝛ interiore sensorio sensibilibus abiūctꝭ afformate manēt:
sed ꝛ aliqȝdiu in exterioribus sensuum opificiis etiā ipis ab
29 sentibus saluant. ¶ Huius rei multa sunt argumenta. Pri
mum cum quid attentissime obtutus fueris: si alio visuȝ de
flexeris: rei attentiusculevise spēs oculum comitat. ¶ Secū
dum si a sole ad tenebras te cōuertis: plerūqȝ cecutis: ꝑmū
cernere impotens. In causa enim huiusce rei est impssa re-
manens lucis imago. ¶ Tertium. si diutius intenta lumi-
na precandide rei aut viridi defixa tenueris: ad qdcūqȝ per
mutabere: concolor aspicietur. ¶ Quartum. si ad aliqd ꝑful
gidum vt illustre solare iubar oculos intenderis: primū re-
luctantes acies lucem qualis est intuuntur: mox ꝯmutatur i
puniceū: deinde in purpureū: postremo in nigrum quousqȝ
exolescat atqȝ vaneat. ¶ Quintū. Qui in fluminibus celeri
puppe inuehunt: qescentia moueri iudicant: ꝛ ita qui ꝟtigi-
nes/circosqȝ ducunt. ¶ Sextū. Excellens preualidusqȝ so-
nus surdastros efficit: ꝛ ꝑpotens odor: diutius olfactū ipo
tentē reddit. Hec itaqȝ signa argumento sunt: sensibilia ab-
iuncta aliqȝdiu in sensibus sibi vendicare ꝟtutē. ¶ Tertia.
30 Sensus paruoꝝ sensibiliū differētias cito ꝑsentit. ꝛ non mo
do aliquid intus opatur: veꝝ etiā aliqd extra agit. ¶ Nā pa
tit vt specula: que citissime obiecta simulacra: recipiunt. Et
ꝙ extra agat hoc satꝭ esse possȝ argumēto: ꝙ mulier mēstrua

tempore speculum aspiciens ꝓtinus ip̄m inficit: et veluti nubecula sanguinea illius nitorem obducit. q̄ si speculum nouitiū fuerit nō facile abstergitur. sin vet⁹: delinit̄ facile. Et si causam hui⁹ requiris hoc ideo euenit: q̄ tempore quo mēses patimur (patiūtur em̄ viri suo modo vt mulieres) lumia vt relique corporis partes afficiunt̄: q̄ maxime porulēta venulentaq̄ʒ sint. Eo quoqʒ genitalis ꝓfluuii tempore (qđ inflāmatione sanguinea solet contingere) si speculuʒ inuisim⁹ (ꝑus tamen coniūcto aere infecto qui inficit ꝓpinquum vsqʒ ad allinitū/coniūctumqʒ speculo) speculū inficimus. Sed ī viris obscurum discrimen est: q̄ nō polluitur speculū quod euidens sit: semēqʒ masculi candidū sit et quasi speculi con color: eliuiecula tamen adumbratur. mulieris autē sanguini cōcoloratius. Jdcirco macula euidens et rubea: ipsius extīguit nitorem. Q̄ si speculi planicies polita/pura et tersa sit: maculā fortiter monstrat. Mundū em̄ sincerū et purū: quicqđ exceperit conspicuū facit. quēadmodū mūdissime vestes citissime inquinātur. Et qđ planū fuerit: maxime attīgitur/atteritur/aspergitur/ꝓfunditur: qđ purum et mundū in ꝓfundum admittit. Hinc speculis nouis inducte macule aboleri nequeūt. plana em̄ sūt/pura/et tersa. vetustis aūt facile delētur q̄ nō ita alte infigunt̄. neqʒ permeāt in ꝓfundum. Neqʒ mirandū est si dixerim sensum vt visū nō modo pati a ꝓuis etiam sensibilium differentiis: quēadmodum iam notum ē: sed et extra agere. Nam visus est de numero fulgidorum. Agunt autem vel manifeste extra: fulgida. et non modo illa: sed in vnguentis consimile perspicitur. oleum em̄ quod in ipsis conficiendis miscetur: facile iniectorum capessit odores. Et vini mira natura est ad se alienos trahendi sapores: non modo rerum in ipso forte corrigendo iniectarum: sed et earum que ad dolia extrinsecus assituate iaceant.

¶ Quarta. Qui affectu aliquo/perturbationeqʒ aguntur: facile circa sensibilia oberrant et decipiuntur. Hoc ostendūt meticulosi qui leui similitudine hostes formidāt: et qui que timēt videre videntur. hoc amantes: qui leuiter videre suspicantur quod amant. et quo quis hoc affectu/perturbatiōeqʒ stricti⁹ tenet̄: eo miore similitudie ī errorē trahit̄. Et ita ī ira/odio et cetis appetitus ꝑturbationib⁹ euenire con- 31

tingit. Hinc febrientes interdū portentosa aīalia in parieti-
